




LILII
124
INCUNABULI
M
7
1
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze
1496









IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR HI LIBRI.

Primus liber De origine & laudibus ſcientiarum.
Secundus liber. Contra Antipodes
Tertius liber De miſeria hominis & contemptu mundi.
Quartus liber De generibus uentorum
Quintus liber Vita Caroli Magni



Sebastianus Ciafferus Florētinus Canonicus Regularis Reuerendo in Christo patri Domino Galeacio Bentiuolo Apostolicæ sedis prothonotario Salutem in domino sempiternam

CATONEM Priscum Legimus obseruandissime domine Virū sane grauissimū & apud romanos tanta eloquētia præditū: ut uulgo Romanus Demosthenes diceretur: cū in græciā legatus ꝓfectus fuisset: quæcūq; ipse apud Atheniēses breuissima oratione expediret: īterpres multo uerborū ambitu uix renūtiabat. Quocirca rati sūt græcis quidem sermonē ex labiis: Romanis autē ex corde ꝓferri. Sic te mi Zacharia fecisse aīaduerto: cū libellum tuū plego: q de origine & laudibus sciētiarū īscribitur. Itēq; cōtra Antipodes: & de cōtēptu mūdi libellos mecum ipse repeto. Nā mira breuitate, tāta ī omni genere laudis uirorū prestātiū facta cōmemoras: ut uix qspiā lōgo uolumīe explicare potuisset. Cū itaq; īgeniū tuū: eloquētiam: facilitatē: splēdorem eximiū: multarūq; rerū cognitionē: & ꝙ tātorū monumēta uirorū breui cōplexus es: mēte ipse reuoluo: nō solū in admirationē: sed in stuporē cōuertor. Quare hortor studiosissimū quenq; hos libros plegat: ut uaria & multa omni prorsus laude, memoriaq; dignissima, ueterū monumētis excerpta, ī eis discat: inueniatq; posteritas. Eos igitur ego libros ad te mitto Reuerēde pater, ī signū præcipui amoris & singularis obseruantiæ meæ erga Reuerēdissimā D. T. Delectaberis arbitror breuitate, nitore, uarietate, & copia rerum. Vale.

ZACHARIAE LILII VICENTINI CANONICI REGVLARIS AD VENERANDVM PATREM SACRIS LITTERIS ET PRVDENTIA CLARVM.D. GABRIELEM VICENTINVM CONCANONICVM DE ORIGINE ET LAVDIBVS SCIENTIARVM LIBER INCIPIT



VM SVPERIORIS AETATIS excellentes uiros qui ſeſe doctrinę penitus dediderũt/ frequẽti memoria repeto: tanta illos inuenio ubertate exornationis repleſſe ſẽtẽtias/ ut neſciã quid primum in eis admirari debeã: ſapiẽtiã ne in tanta eloquẽtia: an eloquentiã in tam præclara ſapientia. Sæpe aũt aduerti inter multos dubitari ſolitum: a quibus potiſſimum ueterum diſciplinæ litteraru minitium habuere: qui ue ĩ eis maxime excelluerũt. Quorum diſceptatione cõmotus rem ipſam licet ardui laboris diſſerẽdam illuſtrãdãq; ſuſcepi: quam reuerẽde pater nominis tui auſpicio inchoãdam cenſui: ꝙ te his ſtudiis eruditiſſimum intelligebã: ut ſiquid a me fortaſſe minus culte ſapiẽterq; elucubratũ eſſet: tua prudẽtia ornares/ atq; corrigeres. Et ꝗ̃uis maiores noſtri in omni genere laudis ſingulares extiterint: uarie tamen illos litterarũ ſtudiis operam dediſſe comperio.



Nam quosdam accepimus grãmaticæ artis disciplina excelluisse: quæ origo & fundamentũ dicitur liberaliũ litterarũ: & Quītiliano teste in duas partes diuiditur: recte loquẽdi scientiã & poetarum enarrationẽ. Scribendi aũt ratio coniũcta cum loquẽdo est: & narrationẽ præcedit emẽdata lectio. Vt uero Aneus Seneca scribit. Grãmaticus circa curam sermonis uersatur. Et si latius euagari uult: circa historias. Iam ut longissime fines suos proferat: circa carmina. Et ut ad Quintilianum redeam: nec poetas legisse satis est. Excutiẽdum omne scriptorũ genus: nõ propter historias modo: sed ꝓpter uerba quæ frequenter ius ab auctoribus sumũt. Nec si rationẽ siderum ignoret: poetas intelliget: qui (ut alia omittam) totiens ortu occasuq; signorum in declarãdis auctoribus utũtur. Nec ignara philosophiæ: tum ꝓpter plurimos in omnibus fere carminibus locos: ex intima naturaliũ quæstionũ subtilitate repetitos: tum uel ꝓpter Empedoclem ĩ græcis: Varronẽ ac Lucretiũ in latinis: qui præcepta sapientiæ uersibus tradiderunt. Eloquẽtia quoq; nõ mediocri opus est: ut de unaquaq; re dicat proprie & copiose. ¶ Veteres ãt quorum fuerũt Aristoteles atq; Theocletes uerba solum & nomina & coniunctiones tradiderunt: uidelicet ꝙ in uerbis uim sermonis: & in nõibus materiã: quia alterum est quod loquimur: alterum de

Quītiliãus

Seneca

Empedocles
Varro
Lucretius
Aristoteles
Theocletes

quo loquimur: in coniunctionibus aũt complexũ eorum esse iudicauerunt. Alii uero octo grãmaticę partes secuti sũt: ut Aristarchus: & ætate nostra Q. Rhenius Palęmon uicẽtinus grãmaticus & rhetor insignis: qui Romę, ut Suetonius scribit, tempore Tiberii Cæsaris pricipẽ locum inter grãmaticos tenuit. Nam homines capiebat tum memoria rerum: tum facilitate sermonis: necnon poemata faciebat extẽpore. Is de arte grãmatica librum pulcherrimũ cõdidit. De quo Iuuenalis. Odi quam repetit uoluitq; Palęmonis artẽ. Nemo igitur unq̃ inter doctos cõnumerari poterit: q nõ magnã huic disciplinæ curam impenderit. Est nãq; pueris necessaria: senibus iocunda: dulcis secretorũ comes: & quæ uel sola in omni studiorum genere plus habeat operis q̃ ostentationis. In ea maxime præcelluerũt Iginus grãmaticus. Didymus, q ut refert Seneca, quatuor milia librorũ scripsit. Apollodorus, quẽ grãmatica excelluisse Plinius tradit: cui Amphyctiones græciæ honorem habuere. Nigidius Figulus uir sane doctissimus. Valerius Probus sua ætate sciẽtia præstantissimus. Donatus: Seruius: Diomedes: Priscianus: Victorinus, uiri non minus rhetores & philosophi q̃ grammatici.

Aristarchus | Palęmon | Suetonius | Iuuenalis | Iginus | Didymus | Apollodorus | Nigidius | Valerius | Diomedes

PROSA

PRimus (ut aiunt) solutam orationem apud græcos condidit Pherecydes Syrus. Apud Romanos Appius cęcus aduersus Pirrhũ. Oĩa. n. prius uersibus cõdebant̃. Prosæ aũt

Pherecydes | Apius cæcus

ſtudium ſero uiguit.

HISTORIAE LAVDES



Eq;/ut arbitror/ſtudioſis hoībus hiſtoriæ
cognitio ullo modo eſt negligenda: quæ
Cicero quātū utilitatis ī ſe habeat/Cicero Paucis
abſoluit. Hiſtoria eſt inquit/ teſtis tēporū: uitæ me
moria: lux ueritatis: magiſtra uitæ: nuncia uetuſta
tis. Lex.n. hæc datur ſcribēti/ne quid falſi dicat: ne
quid ueri taceat. Iccirco apud græcos nemo ſcribe
bat hiſtoriam/cui nō publice munus hoc demāda
tum eſſet: uel niſi is qui interfuiſſet: & ea quæ ſcri
benda eſſēt/uidiſſet. Melius.n.oculis quæ fiūt de
prehendimus: q̄ quæ auditione colligimus. Hiſto
riæ aūt ideo monumēta dicūtur/ eo ꝙ memoriā tri
buant rerū geſtarū. Apud hæbręos prophetę hiſto
Moſeſ riā ſcripſere. Moſes quoq; a cōdito orbe terrarū ad
Ioſephuſ ætatē ſuā geſta quinq; libris abſoluit. Ioſephus q̄
& ipſe iudaicā cōtexuit hiſtoriā ſcribēs in Apionē/
oēs ueteris teſtamēti libros nō ab tenui quouis ho
mine: ſed a magnis uiris & prophetis ſcriptos eſſe
tradit. Apud Caldæos & Aegyptios & qui ab illis
Caldæi oriūdi ſūt Phoenices ſeruatū eſt/ ut q̄ maximus ſa
Phoeniceſ cerdos eſſet/res geſtas deſcriberet. Plato ī timeo ſa
Plato cerdotē ægyptiū introducit Soloni de rebus geſtis
Cicero & uetuſtate gētis īterrogāti reſpōdere. Cicero etiā
cōmemorat apud romanos/eū q̄ pōtifex maximuſ
eſſet/ ſingulorū ānorū res geſtas litteris mādaſſe:
& eas ī albū edidiſſe: atq; domi prius tabulas ꝓpo

fuisse: ut potestas populo fieret cognoscēdi nihil odio/nihil gratia scriptū. Historiæ uis & officiū si ne controuersia pulcherrima est pars philosophiæ scilicet moralis. Hæc ī præceptis/ illa ī exēplis bene uiuēdi uersat̄. Est.n.ualde decorū/cū de moribus & præstātissimis īstitutis loquimur: mox uitam ac facta clarissimorū hominū subiicere. Nā apud oēs longe plus possunt exēpla q̄ uerba. Quis.n.dubitat ea quæ ab aliis gesta ītelleximus: quanq̄ admirabilia sint/ faciliora nobis uideri: q̄ si uerbis solū præceptioneq; tradantur? Id sane historia efficit/ut præcellētes uiros quos & admiramur: & ad cælum usq; laudibus efferimus: magno studio imitari conemur. Sic Fabius periclē. Sic Portius Cato Curiū. Sic tādem multi īcredibili ardore succēsi præclaras res gessere. Hinc. Q. Fabius & Scipio dicere soliti: tū maxime ad uirtutē aīos accēdi: cum uirorū illustriū tabulas ītuerēt̄. Iuliū quoq; Cæsarē uisa apud Gades in templo Herculis Alexādri magni imago cōmouit/ut seipsum reprehenderet: q qua ætate orbem terrarū ille domuerat: nihil ipse laude dignū: nihil memorabile gessisset. Porticū quoq; fori sui Octauianus statuis romanorū ducū exornauit: ut quoddā q̄si exēplar sibi ipsi & cęteris ducibus proponeret. Græci quoq; præstātibus uirtute uiris statuā erigere solebāt. Oium præterea gētiū nationū/ populorū originē & pgressus regūq; maximorum res bello paceq; gestas ueteris memoriæ cognitiōe

Q. Fabius
Scipio
Cæsar
Octauiāus

addiſcimus. Hiſtoria tādē nos ad pietatē/iuſtitiā/ fortitudinē/prudētiam/liberalitatē/cōtinentiā/ humanitatem/cæterasq; uirtutes inducit & hortatur.

Historiam/ut ferūt/primus omniū apud græcos conſcripſit Cadmus mileſius. Dehinc Dares phrygius troianorū hiſtoriam edidit: quam ī foliis palmarū ab eo cōſcriptā prodiderunt. Poſt illū Tucydides & Herodotus hiſtorici clariſſimi habentur. Apud latinos Criſpus Saluſtius & Titus Liuius præſtantiſſimi hiſtorię ſcriptores tāta eloquētia & dignitate orationis floruerunt: ut tam gręcis q̄ latinis non modo comparari poſſint: ſed etiā præferēdi eſſe uideātur. Trogus Pōpeius uir priſcæ eloquētiæ græcas & totius orbis hiſtorias quatuor & quadraginta uoluminibus latino ſermone cōpoſuit: cuius libris omnium ſęculorū/regū/nationū/populorūq; res geſtæ continentur. Horum epithoma Iuſtinus orator clariſſimus edidit. Sed maximū linguę Romanæ detrimentum eſt: ꝙ Saluſtii libros perpetuæ hiſtoriæ: itēq; ſupius memorati Trogi uolumina amiſimus: quæ multum ab iis qui aliquid egregie ſcribunt/commemorantur.

Cadmus
Dares
Tucydides Herodotus
Saluſtius
Liuius
Trogus
Iuſtinus

POETICA

NVnc uero ad poetas uenio: q tanta rerū copia/uerborūq; ſplēdore referti ſūt: ut quoddā ī eis diuinū appareat ingeniū. Vnde & uates ſapiētiſſimi ueterū nūcuparūt: ꝙ ſępenumero concitatione quadā animi: afflatuq; di

uino loqueref. Quod Cicero pro Archia poeta te
ſtatur his uerbis. Atqui ſic ea a ſapiētiſſimis homi Cicero
nibus accepimus: cęterarū rerū ſtudia & doctrina
& præceptis & arte cōſtare: poetā natura ipſa uale
re/ & mentis uiribus excitari: & q̃ſi diuino quodā
ſpiritu afflari. Quare ſummo iure ille noſter Enius Enius
ſanctos appellat poetas: ꝙ quaſi deorum aliquo
munere & dono cōmēdati nobis eſſe uideātur. Ab
iis ſane multa ꝓcommode ſapiēterq; dicta percipi
mus. Nam uitas/ moresq; hominum: naturæ/ cauſa
rumq; principia diligenter ſcripſere: & quaſi diſci
plinarum omniū ſemina ī illis reperiuntur. Et ineſt
auctoritas ſumma propter opinionem ſapientię &
uenuſtatem: & ſplēdor eximius propter elegantiā:
& īgenuitas quædam liberis hominibus digna.

De poematum origine magna queſtio eſt. Nam ante
troianum bellū fuiſſe ꝓhibētur. Siquidē ante urbē Homerus
conditam Homerum & Heſiodum fuiſſe conſtat. Heſiodus
Archilocū regnāte Romulo. Liuium tradunt poſt Archilo
Romam cōditam annis quadrigentis decem fabu chus
las edidiſſe. Dehinc Enius/ Plautus/ & Neuius/ uer Enius
ſus & poemata conſcripſere.

FABVLA



Abulas poetæ delectandi cauſa finxerūt:
quaſdam uero ad naturam rerum: nōnu
las ad mores hominū interpretati ſūt. Eas primus Alcmęon
īueniſſe tradit Alcmęon Crothoniates. Latinæ ue Androni
ro fabulæ primū a Liuio Andronico ſcriptę ſūt. cus

Mosés Eroicũ carmen/ut Isidoro placet/primus omniũ Moses longe ante homerũ in cãtico deuteronomii cecinisse ꝓbatur. Siquidem & Iob/ut Hieronymus refert/exametro uersu dactilo spondeoq; decurrit. Versũ exametrũ apud græcos Cadmus milesius ferẽ primus cõposuisse: ut alii putant/ Pherecydes syrus. Vt aũt Plinius tradit/uersum heroicũ pythio oraculo debemus. Nã hoc genus metri ante Homerum pythiũ dictũ est: post homerũ heroicũ nominatũ. Pythiũ uocari dicunt: ꝙ Apollinis cognomen fuit/a pythone serpẽte quẽ occidit/deductum. Vnde oracula Apollinis hoc genere metri edebantur. Heroicũ carmẽ dictũ uolunt: ꝙ eo uirorum fortium res & facta narranẽ. Exametrum uersum apud latinos primũ edidisse Enius traditur. Versu heroico Homerus apud græcos longe oẽs excellit: quem nemo teste Quĩtiliano in magnis rebus sublimitate: in paruis proprietate superauit. Idem lætus ac depressus/ iocundus ac grauis/tum breuitate/tũ copia mirabilis/nec poetica modo/ sed oratoria uirtute eminentissimus. Hic igiẽ oẽs sine dubio & ĩ omni genere eloquentiæ ꝓcul a se reliqt heroicos. Hesiodo ãt palma datur in illo mediocri genere dicendi. In Antimacho uis & grauitas & minime uulgare dicẽdi genus habet laudẽ. Admirabilis in suo genere Theocritus. Alcęus aureo plectro tyrãnos ĩsectatus multũ etiã

Margin notes: Moses — Iob — Cadmus — Pherecydes — Plinius — Enius — Laudes Homeri — Hesiodus — Antimachus — Theocritus — Alcęus

moribus confert. In eloquẽdo quoq; breuis & ma gnificus / q̃si Homero similis. Simonides tenuis: alioquin sermone proprio & iocunditate quadam comendari poteſt. Apud latinos Virgilius auſpica tiſſimũ dederit exordiũ omniũ eius generis poeta rũ / græcorũ noſtrorũq;. Nã ut ciuitas in nobilitatẽ plebẽq; diuiditur: ita inter poetas gradus quidam ſunt dignitatis. Virgilius itaq; decus ac deliciæ lit terarũ noſtrarũ inter oẽs uates longe eminet & ex cellit copia & nitore quodã ſermonis excellentiſſi mo. Vnde. M. Tullius cũ illius uerſus quoſdã ple giſſet: ĩ eius laudẽ ꝓrupit. Magnę ſpes altera romæ Et Sextus Propertius. Cedite romani ſcriptores: ce dite graii. Neſcio quid maius naſcit̃ iliade. Diuus quoq; Auguſtus q̲ Virgilii carmina cõtra teſtamen tũ eius cremari uetuit / maius uati teſtimoniũ fuit: q̃ si ipſe opus ſuum ꝓbare ſtatuiſſet. Ouidius laſci uus quidẽ ĩ heroicis. Lucanus ardens & cõcitatus / & ſententiis clariſſimus / ſed magis oratoribus q̃ poetis imitãdus. Eniũ ſicut ſacros uetuſtate lucos adoremus.

Simonideſ

Laudeſ uir gilii

Ouidiuſ

Lucanus

VERSVS LYRICI

Verſus lyrici ſaphici ſũt cognoĩati: quos ſap pho foemina leſbia et nobilis uates cõpit. Adonicus ãt uerſus ita coniũctus eſt ſaphi co: ut poſt tris ſaphicos ſequatur carmẽ adonicũ. Vt apud Horatiũ. Iam ſatis terris niuis atq; diræ
Grandinis miſit pater & rubenti
Dextera ſacras iaculatus arces

Sappho

Horatiuſ

Terruit urbem.

Pyndarus Atqui lyricorum uersuum longe Pyndarus apud grecos princeps habetur: spiritu/magnificétia/ sententiis/ figuris/beatissima rerum uerborumq; copia: & uelut quodam eloquentiæ flumine.

A pud latinos Horatius fere solus legi dignus. Nã & insurgit aliquãdo/et plenus est iocunditatis & gratię: & uariis figuris & uerbis fęlicissime audax.

Horatius

B ucolicũ carmẽ.i.pastorale pleriq; siracusis primũ cõ positũ a pastoribus opinãtur. Nonnulli lacedęmone conditum uoluerũt.

VERSVS ELEGIACI



Legiacus uersus q cõuenit miseris: uix omnino cõstat a quo sit inuẽtus. Vnde Horatius.

Colophonius Archilochus

Quis tamẽ exiguos elegos emiserit auctor.
Grãmatici certant: & adhuc sub iudice lis est.

Calimachus Tibullus Proptius Ouidius Gallus

Quidam tamẽ Colophonium: Alii Archilochum auctorem atq; inuentorem uolunt. Elegiæ prĩceps apud græcos/ut Quitilianus refert/habet̃ Calimachus. Apud latinos uero tersus ac elegãs uidet̃ Tibullus. Sũtq Propertiũ malint. Ouidius utroq; lasciuior: sicut durior Gallus.

METRVM IAMBICVM

Archilochus



Ambicũ metrũ Archilochũ poetã lacedęmoniũ ĩuenisse tradunt: quo Licãbri opprobria oĩbus decãtaret: dicẽte Horatio ĩ poetria. Archilochũ ꝓprio rabies armauit iambo.

SATYRA

Satyra quidẽ/auctore Quintiliano/tota nostra est. Nemo.n.fuit qui satyrã græce scripserit. Satyra aũt dicta est/ ꝗ omniũ passim uicia pariter isectat̃: i qua primus isignẽ laudẽ adeptus est Lucilius. Verã quoq; gloriã uno libro Persius meruit. Horatius i ea eruditus: purus ac tersus: i quo mira libertas: atq; ide acerbitas abũde/ & salis multũ. Lepidissimus inter cæteros Iuuenalis habetur. Terẽtius Varro uir Romanorũ eruditissimus plurimos libros cõposuit: peritissimus ligue latinæ & omnis antiqtatis & rerum græcarũ nostrarumq;: plus tamen scientiæ collaturus q̃ eloquentiæ.

Quĩtiliãus
Lucilius
Persius
Horatius
Iuuenalis
Varro

TRAGOEDIA

Trgoedia genus est poematis: in quo grauissimorũ hominũ fortunæ & exitus funesti describunt̃. Ouidius de tristibus. Omne genus scripti grauitate tragoedia uincit. Tragoedias primo i lucẽ Eschilus ꝓtulit: & sublimis/ & grauis/ & grãdiloquus. Sed lõge clarius hoc opus illustrauerunt Sophocles atq; Euripides. Apud latinos Accius atq; Pacuuius clarissimi habẽt̃ grauitate sententiarũ/uerborũq; pondere. Iam Varus cuilibet grecorum cõparari potest. Ouidius qui in hoc genere Medeã scripsit/inter cæteros elegantissime floruit. Quid Seneca? Nonne & ipse tragoedias scripsit? Huius sapiẽtia/ morumq; doctrina q̃ multi faciunda est.

Ouidius
Eschilus
Sophocles
Euripides
Accius
Pacuuius
Varus
Ouidius
Seneca

COMOEDIA



Omoedia quæ in uiciis insectãdis gratiam sola retinet facundissimæ libertatis: res atq; fortunas humiliũ psonarũ cõprehẽdit. Plures eius tradũtur auctores. Aristophanes tamen & Eupolis Cratinusq; præcipui. Ex latinis Plautus a Varrone laudatur: licet Ceciliũ ueteres laudibus ferãt. Neuius quoq; Terentius & Lucretius ĩ eo genere clari habentur.

Aristophanes
Eupolis
Cratinus
Plautus
Cecilius
Lucretius

RHETORICA



Ellẽ mihi/quoniã hoc loco de rhetorica & oratoribus differere cõstitui: & si nõ qualis ĩ M. Tullio fuit: quia præcipua & admirabilis: aliquã tamẽ uel minimã eloquẽtiæ cõtingere facultatẽ: ut q̃tũ illi optimarũ artiũ doctrina & facundia ualuerunt: tãtũ ĩgenii uiribus exercere possẽ. Tentabo tamẽ quantũ pusillitas intelligẽtiæ meæ peruidet: pauca quædam de ipsis explicare.

Illud imprimis aduertendum est: græcos iãdudum doctrina & omni litterarũ genere latinos supasse: quippe qui litteras in latium attulerunt. Facile siquidem erat uincere non repugnãtes. Sed meum iudicium inqt Cicero sẽper fuit/ omnia nostros aut inuenisse per se sapiẽtius q̃ græcos: aut accepta ab illis fecisse meliora/ quæ quidẽ digna statuissent in quibus elaborarent. Nam mores & instituta uitæ: resq; domesticas ac familiares nos pfecto melius tuemur & lautius. Rẽ uero publicã nostri maiores

Cicero

certe melioribus temperauerunt & institutis & legibus. Quæ.n.tanta grauitas: quæ tanta cōstantia: magnitudo animi: probitas: fides: quæ excellens in omni genere uirtus in ullis fuit: ut sit cum maioribus nostris comparanda?

Rhetoricam esse persuadēdi artificem Quintilianus auctor est. Apud Platonē quoq; Gorgias in libro qui noīe eius inscriptus est/idē facere asseuerat. Cicero pluribus locis scripsit officiū oratoris esse ad persuadēdum. In rhetoricis etiā finem facit persuadere. In eodem item libro Gorgias Leontinus antiquissimus fere rhetor/omnibus de rebus oratorē optime posse dicere existimauit. Hic infinitā & immēsam huic artificio materiam subiicere uidetur. Aristoteles aūt magnus & nobilis rhetor qui huic arti plurima adiumenta atq; ornamenta subministrauit/tribus in generibus rerum uersari rhetoris officium putauit: demōstratiuo: deliberatiuo: iudiciali. Ratio uero ipsa/ut Cicero testatur: in hanc potissimū ducit sentētiam: ut existimemus sapientiam sine eloquentia parum prodesse ciuitatibus. Eloquentia uero sine sapientia nimium obesse plerunq;: prodesse aūt nunquam potest.

Quītiliāus
Gorgias
Cicero
Gorgias
Aristoteles
Ciceto

SCRIPTORES RHETORICAE.

Primus omniū Empedocles mouisse aliqua circa rhetoricam dicitur. Artiū autē scriptores ātiquissimi Corax & Tisias Siculi: quos insecutus est uir eiusdem insulę Gorgias Leōtinus

Empedocles
Corax
Tisias
Gorgias

Empedoclis ut traditur discipulus. Is beneficio lõgissimę ætatis (nam centum & nouẽ uixit annos) cũ multis simul floruit: ac primus aureã statuã & solidam delphis in templo sibi posuit: tantus erat docendæ oratoriæ artis quęstus. Huic successit cla-

Isocrates

rissimus eius auditor Isocrates. Præcipuum uero lumẽ / teste Quintiliano / sicut eloquẽtię: ita præceptis quoq; eiusdẽ dedit unicum apud nos specimẽ

Tullius

orandi docendiq; oratorias artes M. Tullius: post quem tacere / modestissimum foret.

LAVDES ELOQVENTIAE



Agna ꝑfecto est uis eloquẽtiæ: qua uirtutes extollere / uicia fulminare adiscimus: laudare benefacta / detestari facinora / consolari / co-

Tullius

hortari / impellere / absterrere. Hãc. M. Tullius in libro de natura deorum effert his uerbis. Iam uero domina rerum ut uos soletis dicere / eloquendi uis q̃ est præclara q̃q; diuina? Quæ primũ efficit / ut ea quę ignoramus discere: & ea quę scimus / alios docere possimus. Deinde hac cohortamur: hac ꝑsuademus: hac consolamur afflictos: hac deducimus perterritos a timore: hac gestiẽtes comprimimus: hac cupiditates / iracũdiasq; restringimus. Hęc nos iuris / legum / urbium societate deuinxit. Hęc a uita immani & fera segregauit. Nil ergo eloquẽtia laudabilius / præstabilius / uel admiratione audientiũ / uel spe indigentium / uel eorũ qui defensi sunt grata. Huic quoq; a maioribus nostris est in tota di-

gnitate

gnitate principatus datus.

DE ORATORIBVS GRAEGIS

MVltos apud græcos legimus eloquẽtia floruisse: sed præcipue laudis inter ceteros habiti sunt Pisistratus Hippocratis filius: quẽ tanta doctrina/ingenio/& eloquentia ualuisse tradunt: ut ei Atheniẽses facũda eius oratione capti imperiũ ciuitatis ultro deferrent: quanq̃ Solon grauissimus orator pro libertate aduersum illũ staret. Sed eloquẽtia Pisistrati libertas cum Solone succubuit tẽpore quo Seruius Tullus regnabat Rome. Pisistratus

P ericles uir sũmus ĩgenio & dicẽdi copia/ Atheniẽsibus iugũ seruitutis ĩposuit. Nã urbẽ Athenarum suo uersauit arbitrio: & ãnis quadragĩta mira prudentia rexit. Cumq; aduersus populi uolũtatẽ loquereẽ: iocũda tamẽ ac melle dulcior eius uox erat Pericles

Hegesias cyrenaicus tantũ dicẽdo ualuit: ut dũ mala & miseros huiusce uitæ casus populis prædicabat: eorum miserandam imaginem audientium pectoribus ĩserebat: multosq; ad necem uoluntariã quodammodo ĩpellebat. Ideoq; Ptolemæum regẽ ne de hac re amplius differeret/ ĩhibuisse ferunt. Hegesias

Gorgias philosophus Leontinus gente Siculus cẽtesimum nonũ annũ eloquẽtia/litterisq; præcellens impleuit. Quẽ dixisse accepimus/se dolere/ꝙ tunc e uita decederet: quãdo sapere coepisset. Hic hominũ primus aureã statuã & solidã delphis ĩ tẽplo sibi posuit: tãtus erat docẽdæ oratoriæ artis quæstus. Gorgias

Isocrates I socrates eius auditor tāta eloquētia floruit: ut. xx talētis unā orationē uēdidisse tradāt: librūq; nobilissimum quartum & nonagesimum annū agēs cōposuit: opus ardētis spiritus plenum. Ferūt quoq; Aristotelem sūmum philosophū motū illius lepore & gloria adolescētes rhetoricā docere coepisse: & prudentiā cum eloquentia iunxisse. Isocrates teste Quītiliano/ī diuerso genere dicendi nitidus & comptus omnes dicendi ueteres sectatus est: iuentione facilis/honesti studiosus/ī cōpositione adeo diligens: ut cura eius reprehendatur.

Aristides A ristides Lysimachi filius/quē Plutarchus uir eloqntissimus Catoni prisco cōparādū censuit/tāta facūdia/abstinētia & uirtute ornatus fuit: ut solus post hoīum memoriā cognoīe iustus sit appellatus.

Eschines Eschines Socratis discipulus ī arte oratoria maxime exercitatus/cū apud Athenas orando uictus esset: propter hanc ignominiam Rhodum petiit: ubi rogatu ciuitatis suam prius ī Cthesiphontem/ deīde Demosthenis pro eodē orationē clarissimā recitauit. Admirantibus cunctis eloquētiā utriusq;: sed aliquāto magis Demosthenis. Quid si inquit ipsū perorantem audiuissetis? Tātus orator neq; īuidia cōmotus/aut odio/aduersarii uim/ardoremq; dicēdi publice cōmendauit.

Demosthenes D emosthenes oratorū lōge prīceps grecorū oīum: in quo pene lex orandi tanta fuit: uis tam densa: oīa ita quibusdā neruis intēta sunt: tam nihil ociosū:

is dicendi modus: ut nec quid desit ĩ eo: nec quid redundet. Is cum artis quã affectabat/ primã litterã proferre nõ posset: oris sui uiciũ tanto studio & diligentia expurgauit: ut ea a nullo expressius diceretur. Et cum sępenumero ĩterrogaretur/ quidnam in perorãdo efficacissimum foret: respõdit: pronũciatio. Huius eloquẽtiam Eschines comendauit dicens. Qui ĩ ipso conspexisset acerrimum oculorum uigorem: terribile uultus pondus: accõmodatum singulis uerbis sonum uocis: efficacissimos corporis motus profecto cognosceret: ꝙ & si orationi illius adiici nihil potest: tamẽ a Demosthene magna pars abest cum legitur potius q̃ auditur. Tanto uero studio & uigilantia litteris insistebat: ut dolere se diceret/ si quando opificum antelucana uictus esset ĩdustria.

Democritus ille magnus/ quẽ ultimas terras lustrasse accepimus/ cũ diuitiis afflueret: quæ ut Valerius refert/ tantæ fuerũt: ut pater eius Xersis exercitui epulum dare ex facili potuerit: quo magis uacuo animo studiis litterarum operam daret/ parua admodum retenta summa/ patrimoniũ suum patriæ donauit. Athenis autem compluribus annis moratus omnia temporum momenta ad percipiẽdã & exercendam doctrinam cõferens ignotus illi urbi fuit. Hic uitæ huius miseriam conspiciẽs/ limen domus quotiens egrediebatur/ in risũ protinus soluebat. Ridebat curas/ necnon & gaudia uulgi: Democritus

Interdum & lachrymas: cum fortunæ ipse minaci
Mandaret la queum: mediumq; ostéderet unguẽ.

Carneades Carneades laboriosus & diuturnus sapiẽtię miles: siquidem .xc. expletis annis, idem illi uiuendi ac philosophãdi finis fuit: ita se mirificum doctrinæ operibus adiecerat: ut cum cibi capiẽdi causa recubuisset: scientiæ cogitationibus ihærens manũ ad mensam porrigere obliuisceretur. Sed eídem Melissa, quam uxoris loco habebat, inediæ succurrendi officio dextera sua necessaria ministrabat.

Xenophon Quid ego commemorem Xenophontis illam iocunditatem: quam nulla possit affectatio consequi: ut ipse fluxisse sermonem gratiæ uideatur: & ĩ labris eius sedisse quandam persuadendi deam.

Pythagoras Pythagoras perfectissimũ opus sapientiæ a iuuenta pariter & omnis honestatis percipiendę cupiditatẽ ingressus, ægyptum petiit: ubi litteris gẽtis eius assuefactus, præteriti æui sacerdotũ cõmẽtarios scrutatus, innumerabilium sæculorũ obseruationes cognouit. Inde ad Persas profectus, magorũ exactissimæ prudẽtię se formandũ tradidit: a quibus siderum motus, cursusq; stellarũ, & uniuscuiusq; uim, proprietatẽ, effectum benignissime demostratũ docili animo scripsit. Cretam deinde ac lacedęmoniã nauigauit: quarũ legibus ac moribus inspectis, ad olimpicum certamẽ descendit. Cumq; multiplicis scientiæ maximã gręcię admirationẽ & specimẽ exhibuisset: quo cognomine cẽseretur interrogatus

non se sapientem / sed amatorē sapientiæ idest phi losophum professus est. In Italiæ etiā partem / quæ tūc maior gręcia appellabať / prexit: ī qua plurimis & opulētissimis urbibus effectus studiorū suorum approbauit. Cuius ardētē rogū plenū uenerationis oculis metapōtus oppidum aspexit: Pythagore q̄ suorū ciuiū nobilius clariusq; monumentum.

Plato Atheniēsis uir singularis īgenii & ꝓpe diuini / cui paruulo dormienti apes labellis mel instillauerunt: illius profecto īterpretātes singularis eloquii suauitatē: cum oīum iam mortalium sapiētissimus haberetur: litteras quasi toto fugientes orbe persecutus est. Nam cū esset annorum duo de trigīta / ad Euclidē Megara profectus est. Hinc Cyrenē se cōtulit: ubi Theodorū Mathematicū audiuit. In eā deinde cōcessit oram italiæ / quæ quondā magna græcia dicebať: ut ab Archyta Tarentino & a Philolao atq; Euryto pythagoricis pręcepta & īstituta philosophię acciperet. Deniq; ęgyptum peragrauit: quo una secū Euripides profectus est: ut a prophetis & sacerdotibus eius gētis geometriæ numeros & cælestiū rationem pciperet. Ex philosophis aūt / teste Quintiliano / qs dubitat ī eloquētia Platonē fuisse pręcipuū: siue acumine disserēdi / siue eloquēdi facultate diuina quadam & homerica? Multum enī supra prosam oratiōnē / & quā pedestrem græci uocant surgit / ut mihi non hominis īgenio / sed quodam delphico uideatur oraculo dei.

Plato

Laudat Platonē

Aristoteles Aristoteles sũmus philosophus quẽ dubito auctore Quĩtiliano / scientia rerũ / an scriptorũ copia / an elo quẽdi suauitate / an iuẽtionũ acumine / ac uarietate operũ clariorẽ putẽ. Nam ut Cicero ĩ academicis re fert: Aristotele nihil ẽ acutius: nihil politius: quip pe flumẽ orationis aureũ fundẽs abũdãtia quadã ĩgenii præstabat. Idẽq; fons erat academicis & peri Laudat Aristotelẽ pateticis: & eadẽ rerũ expetẽdarũ fugiẽdarũq; par ticio. Hic annis .xx. Platonẽ audiuit: nullãq; scien tiam reliquit / quã nõ pfecte attigeret. Quare nõ so lũ poeta & orator sũmus: sed philosophus maxĩ mus euasit. Et / ut ait Hieronymus ad Eustochium scribẽs / absq; dubitatione ꝓdigiũ fuit / grãdeq; mĩ raculũ in tota natura: cui pene uidetur ĩfusũ qcqd naturaliter capax est genus humanum.

DE LATINIS ORATORIBVS



Archytas Rchytas tarẽtinus quẽ Cicero ob singu larẽ eius sapientiã & morũ doctrinã / ma gnũ ĩprimis & pręclarũ uirũ appellat: py thagoricus nobilissimus fuit: ad quẽ audiẽdũ Pla tonẽ legimus cõcessisse: ut præcepta & ĩstituta phĩ losophiæ ab eo accipet. Hic Platonẽ cũ a Dyonisio Siciliȩ tyrãno necãdus esset p epistolã liberauit: & a mortis discrimine eripuit: Athenasq; remisit. Ad mirationi sũmæ apud oẽs habitus est ĩ omni uirtu tis genere. Nã septies ciuibus Tarẽtinis præfectus est: cũ cæteri plus q̃ annũ ĩpare lege ꝓhiberẽtur. Extãt ad eum Platonis epistolæ humanitatis & ue

nerationis plenæ·

G. Graccus uir illustris summoq; igenio & eloquētia clarus: qui quotiens i cōtione porauit: seruū musicæ artis peritū a tergo collocauit: q clā eburnea fistula pnūtiationis eius modos edebat: ut si nimis remissi forent / excitaret: aut si plus iusto cōcitati / reuocaret C. Graccus

P. Hortēsius tātū i eloquentia & decoro motu corporis elaborauit: sicq; uerbis illius aspectū / & aspectui uerba accomodabat: ut prorsus nescires utrum cupidius oratio eius audiēda: an gestus corporis expectandi forent. Hortēsius

M. Antonius orator tāta ui eloquētiæ præditus fuit / ut sçuissimos milites q ad eū obtrūcandū accesserāt / facūdis uerbis ihiberet. Quā igit̄ disertus cēsēdus est / q hostes sermone eius obstupefactos / districtos iam & uibratos gladios reponere coegit? M. Antonius

M. Portius Cato priscus uir sane diuinus tātū dicēdo ualuit / ut uulgo romanus Demosthenes diceret̄: q oīum cōsēsu pitissimus iurisconsultus / eloqntissimus orator / fortissimus miles / ęquissimus pętor / egregius cōsul / optimus senator / seuerissimus censor iudicatus ē. Hic deniq; adeo oī ex parte sūmus uir fuit: ut nihil ferme neq; a natura denegatū / neq; a doctrina & uirtute nō delatū esse uideat̄. Huius oratio grauis / sapiēs / & seuera hēbat̄: tātaq; rerū dignitate refertus erat: ut quos alloqueret̄ / in lachrymas uerteret: & aīum quo uellet trahere posset. Is Cato Censorinus

aliquádo populũ romanũ de frumēto diuidendo tumultuātē conatus auertere/ ita orsus ē. Difficile qdē est qrites ad carētē auribus uētrē uerba facere. Rursus de uxoria potestate sic locutũ accepimus. Oēs hoīes uxoribus īperāt: nos oībus hoībus: nobis autē uxores. Atq ī Catone tres sũmæ res extite rũt.. Nã optimus orator/optimus īpator/optimus senator. Quatuor quoq; & quadragies causas dixit: nec quisquam sępius accusatus: & semper gloriose absolutus.

M. Varro

M. Terentius Varro uir acutissimi ingenii/quo nemo unq̃ doctior: ne apud græcos quidē/neq; apud latinos prope nonagenarius moritur. De quo Aurelius Augustinus. Quis. M. Varrone curiosius deorum figmēta quæsiuit? Quis īuenit doctius? Quis cõsiderauit attentius? Quis distīxit acutius? Quis diligētius pleniusq; cõscripsit? Qui tametsi minus est suauis eloquio: doctrina tamē atq; sentētiis ita refertus est/ut ī omni eruditione quã liberalem uocant/studiosũ rerũ tantũ iste doceat/ quãtũ studiosum uerborum Cicero delectat. Deniq; & ipse Tullius ī academicis huic tale perhibet testimonium. Nos inqt ī nostra urbe peregrinãtes/errãtesq; tanq̃ hospites tui libri quasi domũ deduxerũt: ut possemus aliquando qui & ubi essemus agnoscere. Tu ętatē patriæ: tu descriptiones tēporũ: tu sacrorũ iura: tu sacerdotũ/ tu domesticã/tu bellicam disciplinã: tu sedē regionũ/ locorũ: tu oīum diuinarũ/hu

Laudat Varronē

manarũq; rerum noĩa/genera/officia/causas aperui sti. Plurimũ quidẽ luminis poetis latinis & litteris & uerbis attulisti: atq; ipse uarũ & elegãs oĩ fere numero poema fecisti: philosophiãq; multis locis inchoasti. Hic tã multa legit: ut aliqd eũ scribere potuisse miremur: tam multa scripsit/ut uix quenq̃ legere ualuisse credamus.

M. Tullius Cicero Flos/Decus/& Tuba Romani eloquii/utriusq; linguæ adeo facũdus & peritissimus fuit/ut cũ Rhodi grȩce declamasset/assistẽte clarissimo præceptore eius Apolonio/grȩcos omẽs eloquẽtia præstitisse ferãt. Itaq; solã dicẽdi gloriã quã græcia possidebat/ita ad Romanos transtulit/ut nihil egregiȩ laudis apud græcos relictum sit. Hic primus philosophiã ãtea romano sermoni ĩcognitã latinis litteris explicauit. Hic dicẽdi præcepta & artẽ primus apud latinos tradidit. Hic romano ĩperio dominã rerũ humanarũ eloquẽtiã adiũxit. Hic primus oĩum pater patriæ appellatus. Primus ĩ toga triũphũ/facũdiȩq; laureã meruit. Itaq; nõ magis patrẽ patriæ ipsũ appellare cõuenit/q̃ parentem eloquii & litterarũ nostrarum. In dicẽdo uero q̃ta illi uis/q̃ta gloria fuit/multa testant̃. Nunq̃.n. aliqd uehemẽtius romanus senatus audiuit/q̃ accusationẽ C. Verris. Nihil unq̃ uiolentius neq; asperius/q̃ accusationẽ Catilinȩ. Deniq; nihil habet romana facũdia: quod ĩsolẽti græciȩ aut opponere aut prȩferre possit prȩter Ciceronis eloquẽtiã. Oĩa studia

Tullius

Laudes Ciceronis

quæ latinis ingeniis lumen afferre possint: in Cicerone reperies: qui cũ se totum ad imitationem grecorum contulisset: uim Demosthenis: copiam Platonis: iocũditatẽ Isocratis præclare cõsecutus est. Quis igit̃ eum digne laudare põt: cuius ĩmortale ingeniũ solũ Po. Romanus par ĩperio suo habuit? Eius oratio qua nihil pulchrius auditu est: præ se fert foelicissimam facilitatem. Quare non ĩmerito eloquentiæ parens ab oĩbus dictus est.

Cæsar I ulius Cęsar genere/eloquẽtia/magnitudine animi clarus/Rhodi præceptorẽ habuit Apoloniũ modestissimũ & clarissimũ uirũ: cuius institutiõem præceptaq; dicẽdi auidissime prosecutus est. Sane elegantissimam quandam ciuilis eloquẽtiæ uim Cæsari ab natura insitam fuisse perhibent: ĩ qua eum splendidissime adeo elaborasse cõstat: ut secundũ ĩ urbe Roma absq; ulla contentione locum obtinuerit: Qui si foro tantũ uacasset: non alius ex nostris contra Ciceronẽ nominaretur. Tanta ĩ eo uis est/id acumen/ea concitatio: ut illum eodem animo dixisse quo bellauit/appareat. Exornat tamẽ hæc omnia mira sermonis: cuius proprie studiosus fuit elegantia. Nam maximum ei cum gratia ĩ perorandis causis splendorem obtigisse tradunt: ipsiusq; lenitate/clementia/consuetudine/studio/magnam ex plebe beniuolentiam comparasse. Amitam suam Iuliam Marii uxorem defunctam luculenta pro rostris orationem laudauit. Marii

statuas tum primum post Sillæ dominatum uisas, producere ausus. Primus mortuę uxoris laudatione edidit. Scribere & legere simul dictare & audire solitũ accepimus. Epistolas uero quaternas pariter librariis dictare: aut si nil aliud ageret, septenas. Res gestas suas cõmentariis. xi. sũma facilitate ue nustateq; explicauit.

Crispus Salustius ciuis Romanus præstãtissimus historiarum scriptor tãto ingenio & eloquentia floruit, ut oibus scriptoribus tã græcis q̃ latinis nõ modo possit cõparari: uerũ etiã pręferẽdus esse uideat̃. Habuit. n. ĩmortalẽ scribẽdi uelocitatem: cuius si splẽdorẽ cõsideres, nihil elegãtius: si dignitatẽ, nihil ornatius ĩueniri possit. Eum Quintilianus Tucydidæ opponit. Liuium ãt Herodoto cõparauit: Verũ Herodoto Tucydidẽ præposuerat. Cõstat ergo maximã Salustio gloriã & laudem a Quĩtiliano tributã: quẽ Liuio præferẽdũ censuit. Sed maximũ latinæ liguæ detrimentũ est: q libros perpetuæ historiæ amisimus: qui multũ a Nonio Marcello, aliisq; scriptoribus cõmemorantur. Salustius

Seneca Cordubensis Neronis præceptor, cõtinentissimæ uitæ fuit, ac ĩ omni genere eloquẽtiæ clarus: cui teste Quĩtiliano, ingenium facile: copiosum, studii plurimũ: multa rerum cognitio. Tractauit omnem fere studiorum materiam. Nam & orationes eius & poemata & epistolæ & dialogi efferuntur. Egregius uitiorũ insectator fuit. Multæ in eo Seneca

claræq; sententiæ. Multa etiam morum gratia. Multa in eo probanda/multa etiã admiranda sunt.

Liuius T itus Liuius Patauinus historiarũ scriptor illustris ab urbe cõdita usq; ad Drusum Octauiani nepotẽ romanã sũma facundia cõtexuit historiã. Hic tãta eloquentia floruit/ut nemo affectus hominum melius expresserit: nemo res ipsas dilucidius explicauerit: scriptoresq; oẽs dignitate orõnis & historiæ ueritate uel supauerit: uel certe adæquauerit. Idq; diui Hieronymi testimonio satis comprobatur: q plerią; nobiles ab ipsis Gadibus ultimisq; galliarũ & hispaniæ finibus ad Titum Liuiũ lacteo eloquẽtiæ fonte manantẽ Romã uenerint/quadã illius admiratione cõpulsi. Et quos ad se urbis Romæ gloria nõ traxerat/unius hominis fama pduxit. Eum Quĩtilianus Herodoto cõparauit: cum ĩ narrando miræ iocunditatis/clarissimiq; cãdoris: tũ in cõtionibus supra q̃ enarrari potest eloquentem.

Plinius P linius Secũdus nouocomẽsis orator & historicus ĩsignis liberalibus studiis tãtam operam dedit/ut prẹclara ĩgenii sui monumenta reliquerit. Scripsit eni naturalis historiæ libros. xxxvii. opus sane diffusũ atq; eruditũ. Nã qcqd recognitione hominũ dignũ fuerat: qcqd opifex rerum deus/& deĩceps parens natura crearat: ĩexplicabili/ingentissimoq; opere nulla oratione unq̃ satis laudato/cõplexus est. Nihil unquam legit/quod non excerperet: tantaq; uigilantia litteris incumbebat: ut omne tem

pus perire arbitraretur/ quod ſtudiis non imparti
ret. Quare electorum cōmentarios cētum ſexagin
ta collegiſſe tradunt.

DIALECTICA

Dialectica quæ & logica dicitur/ eſt diſciplina ad diſcernēdas rerum cauſas inuenta: quæ circa diſputationes & intelligendi rationes uerſatur. Eam Zeno eleates gente italus inueniſſe phibetur. Ariſtoteles uero ad regulas quaſdā eius doctrinę argumēta perduxit. Varro aūt dialecticā & rhetoricā in nouem diſciplinarum libris tali ſimi tudine diffiniuit. Dialectica & rhetorica eſt quod ī manu hominis pugnus aſtrictus/ & palma diſtēſa: illa uerba contrahens: iſta diſtendēs. Dialectica ſī quidem ad diſſerendas res acutior: rhetorica ad il la quæ nititur docēda facūdior. Dialectica nōnūq̄ in ſcolis legit̄. Rhetorica frequēter procedit ī forū.

Zeno
Ariſtoteleſ
Varro

Eſt autem pars philoſophiæ ideſt rationalis/ quæ lo gica appellatur: in qua diſputatur queādmodum in rerū cauſis uel uitæ moribus & inſtitutis ueritas ipſa quæratur. In ea ſiquidē tractatur de iſagogis: hoc eſt de introductionibus ad artem dialecticā: quas Porphyrius edidit. De cathegoriis: hoc eſt prædicamentis ab Ariſtotele conſcriptis: ī quibus per uarias ſignificationes oīs ſermo concluditur. Itē de pihermeniis ſubtiliſſimis nimis: ideſt de ī terpretatione: de quibus Ariſtoteles dicit/ cum per ihermenias ſcriptitabat: calamū ī mente tingebat.

porphyriuſ
Ariſtoteleſ

De syllogismis hoc est argumẽtationibus/quibus totius artis dialecticæ utilitas & uirtus ostenditur.



ARITHMETICA

ARithmetica disciplina est quæ de numeris tractat/ quã scriptores liberaliũ artiũ inter disciplinas mathematicas primam esse uoluerũt. Mathematica uero latine dicit͂ doctrinalis scientia/quæ abstractam considerat quantitatẽ: cuius species sunt quatuor. Arithmetica. Geometria. Musica: & Astronomia. Primum apud græcos Pythagoram ferũt arithmeticam conscripsisse: quam Nicomachus Aristotelis pater longiore tractatu composuit. Apud latinos uero primus Apuleius: dehinc Boetius traduxerũt. Numerus autẽ est multitudo ex unitatibus constituta. Numero numus uocabulũ dedit: & a sui frequẽtatione nomẽ indidit. Ratio numerorum contẽnenda non est. In multis.n.locis numerũ auctores frequẽtant. Virgilius.xi.æneidos. Hetruscięȝ duces equitũqȝ exercitus oĩs Compositi numero ĩ turmas. Et ĩ Sileno. Tum uero ĩ numerum faunosqȝ ferasqȝ uideres Quin & metra numeros dicimus. Vt idẽ Virgilius in Moeri. Numeros memini si uerba tenerẽ. Datũ est etiã nobis ex aliq̃ parte sub numerorũ cõsistere disciplina: quãdo horas numero cõputamus/quãdo mẽsiũ circulos & spatiũ ãni redeũtis p numerũ agnoscimus. Numerorũ igit͂ notitia teste Quĩtiliano cuicũqȝ primis saltẽ litteris erudito necessaria ẽ.

Mathematica

Pythagoras. Nichomachus Apuleius Boetius

GEOMETRIA



Eometriam quæ terræ mẽſura ĩterpretatur, primũ ab ægyptiis reptã uoluerũt: qa inundante nilo & oĩbus agris ægyptiorũ limo obductis, initiũ terrę diuidẽdæ p lineas & mẽſuras nomẽ arti dedit: ac deĩde lõgiori ſapientũ ĩgenio, & maris & cæli & aeris ſpatia metiunť. Reprehenſi autẽ ſunt a geometris hiſtorici, ut Quĩtilianus tradit, qui magnitudinem ĩſularũ ſatis ſignificari nauigationis ambitu crediderũt. Nam forma quæ in orbem efficitur, amplius ſpatiũ complectitur: q̃ ſi quadratam efficias. Ruríuſq; quadrata triangulari. Nempe hac diſciplína coeperũt ſtudioſi poſt terræ dimeſſionem, & cæli ſpatia inquirere: quãto interuallo luna a terris: a luna ſol ipſe diſtaret. Sicq; interualla ipſa cæli, orbiſq; ambitũ per numerũ ſtadiorũ ratione probabili diſtinxerunt. Huius artis tripartita diuiſio traditur in magnitudinẽ numerabilem: ĩ magnitudinẽ rõnalẽ: & in figuras ſolidas. Numerabilis magnitudo eſt quæ numeris arithmeticę diuidi poteſt. Magnitudo rationalis eſt, cuius menſuram ſcire poſſumus: ſicut irrõnalis eſt, cuius q̃titas & menſura incognita eſt nobis. Figuræ ſolidæ ſunt, quę longitudine, latitudine, & altitudine continentur. In ea claruit Dinocrates, qui Alexandro magno ĩ ægypto Alexandriam metatus eſt: & reſtaurationi templi Epheſiæ Dianæ præfuit. Grande & Archímedi ſyracuſano, ut Plinius auctor eſt,

Dinocrateſ

Archimedeſ

Philon
Euclides

geometricę ac machinalis sciētię testimonium. M. Marcelli contigit īterdicto, cum Syracusæ caperentur ne uiolaretur unus. Laudatus ē & Philon athenis armamētario mille nauium fabricato. Euclides uero, cuius nunc opera extant, geometriæ studiis omnes antecellit.

Geographia

Sub arte geometria cōtinētur perspectiua & geographia. Illa quidem radiorum reflexiones ac qualitates inquirit. Hęc uero terrarū orbem uniuersum describit, urbiūq; distantias & loca mensurat. Vt Ptolemęus tempore Traiani & Antonini pricipum romanorū: Descripsit radio totū qui gentibus orbē. Et ante illum Strabo Gnosius, qui ī ea scientia clarus habetur. Apud nostros Plinius, Solinus, & Pōponius de geographia libros pulcherrimos ediderunt.

Ptolemęus
Strabo
Plinius
Solinus
Pōponius

MVSICA

Musica est disciplina quæ uocum modulationes, generaq; & qualitates explicat: quam ante diluuium Moses scribit inuenisse Tubal de stirpe Cain. Gręci uero dicūt Pythagoram eius artis initium comperisse ex maleorum sonitu, & cordarum extensione percussa. Idē sane Pythagoras atq; eum secuti acceptā sine dubio antiquitus opinionem uulgauerunt: mundū ipsū ratione esse compositum: quam postea sit lira imitata. Alii Amphiona & Linum Thebeū musicæ iuentores prodiderunt. Citharam primus oīum īuenit Orpheus: quē diis gētium, quia rudes quoq; atq; agrestes

Tubal
Pythagoras
Amphion
Linus
Orpheus

agrestes animos ămiratione mulceret: nō feras mo
do: sed saxa etiā siluasq; duxisse posteritatis me
moriæ traditum est. Pan deus Archadiæ fistulam   Pan
adinuenit: Et primus calamos cæra cōiungere plu   Mercurius
res Instituit. Monaulū Mercurius. Obliquā tibiam   Mydas
Mydas in phrygia. Geminas tibias Marsias. Cum   Marsias
tibiis canere uoce Troezenius Dardanus īstituit.   Troezēius
Citharam nouem cordarum Timotheus iuenit.   Timo
Aeneam tubam Piseus tirrhenus. Saltationem ar   theus
matam Curetes docuere.   Piseus

Socrates fons ipse philosophorum teste Quītiliano/   Socrates
iam se senex institui lira fidibusq; tractādis opam
dedit. Plato ciuili uiro/ quem politicon uocant: ne
cessariā musicā credidit. Lycurgus lacedęmonius   Lycurgus
durissimarū legum auctor musices disciplinā ꝓba
uit. Temistocles cū in epulis lirā recusasset/ ut uer   Tēistocles
bis Ciceronis utar/ est habitus indoctior. Epaminū   Epaminun
das gręciæ prīceps fidibus pręclare cecinisse dicit̃.   das
Chironē quoq; centaurū & Achillē eius discipulū   Chiron
musica arte delectatos ꝓdiderūt. Duces maximos   Achilles
& fidibus & tibiis cecinisse traditū ē: Et exercitus   Lacedēonii
lacedęmoniorū musicis accēsos modis. Apud nrōs
Aurelius Augustinus libros sex in arte musica ele   Augustīus
ganter cōscripsit. Boetius quoq; aliiq; nōnulli lati   Boetius
norū huius scientiæ egregia uolumina cōdiderūt.

ASTROLOGIA



Strologia siue Astronomia: aliud enī uoca
bulum a lege siue rōne astrorū: aliud a nor

ma deductum est: cursus astrorũ designat / eorũq; cõiunctiones & distãtias certa rõne percurrit. Nam cælestium notitia gloriaẽ: Et canit errantẽ lunã / solisq; labores: Et terras tractusq; maris: cælũq; pfundũ. Frigida Saturni sese quo stella receptet. Quot signis cæli Cyllenius erret ĩ orbes. Si uero solẽ ad rapidũ stellasq; sequentes Ordine respicias: nunq̃ te crastina fallet Hora: nec insidiis noctis capiere serenæ. Astronomia igiẽ natiuitates mortalium: cæli cõuersionẽ: ortus & occasus siderũ cõtinet / & obseruat. Duobus. n. prĩcipiis oẽs hoĩes regi uoluerũt / q expectãdorũ siderũ arte excelluerũt. Natura & uolũtate. Naturã sideribus subiectã opinãtur. Voluntatem uero liberam prodiderũt. Influxu ergo siderum quæ uentura sunt / facile scire pussumus. Sunt enim stellę perpetuæ famulatrices uoluntatis diuinæ. Præclare igitur in Timeo scriptũ est a Platone. Ea quæ a nobis Deus sciri uoluit: ĩ cælo scripsit quasi in libro. Et Marcus Manilius in quarto astronomicon libro. Fata regũt orbem: certa stant oĩa lege: Longaq; per certos signãtur tempora cursus. Hinc apud græcos sũmo ĩ honore habitus est

Anaxagoras

Anaxagoras: quẽ tradunt olympiade. lxxviii. prędixisse cælestiũ litterarũ sciẽtia / qbus diebus saxũ casurũ esset e sole. Idq; factum ĩterdiu ad Egos flumẽ traciæ Plinius asseuerat. Apud Romanos eadẽ disciplina præditus rõnẽ defectus utriusq; sideris

Sulpitius

primus ĩ uulgus extulit Sulpitius gallus. Obliqui

tatem uero signiferi primū intellexisse Anaximan
drū milesiū ꝓdiderūt. Signa deide i eo Cleostratū.
Astrologiam primo apud ægyptios iuentam pleriq;
uoluerunt. Alii Caldęos primos illam docuisse tra
diderunt. Abraham uero ante oēs instituisse ægyp
tios astrologiā Iosephus auctor est. Gręci āt dicūt
hāc artē prius ab Atlāte Iapeti ex Libya filio exco
gitatā. Vnde & occasionem fabula iuenit: ut eum
cælū humeris sustinere cōfingeret. Fratrem quoq;
eius Prometheum de luto formasse hoies tradūt:
qa & ipse i ea scientia clarissimus fuit: primusq; / ut
aiunt / astronomiā Assyrios docuit: quam i altissi
mo residens caucasi uertice / maxima cura studioq;
didicerat. Nōnulli putauere Zoroastrem bactriano
rum regem mūdi pricipia / siderūq; motus diligen
ter spectasse. Post illū Thales milesius ursæ maio
ris q septētrio nūcupa͞t / naualisq; astrologiæ inuē
tor / solis defectus conuersionesq; prędixit. Anaxi
māder deide sphærā cōstruxit: æqnoctia notauit:
ac primus terrę marisq; circuitus accurate descripsit.
Eudoxus & Aratus astrologi uniuersū stellarū nu
merū cōprehēdisse se & cōscripsisse iactarunt. Cæ
terum astrologia Berosum caldęum enituisse acce
pimus: cuius imaginē ligua inaurata ob futurorū
prædit ionē Athenienses publice in gīnasio statue
re. Omitto Linū thebanū: Musęum atheniensem:
Democritū abderitē & Ptolemęū pheludiēsē uiros
eius disciplinæ peritissimos & sūmos astrologos.

Anaximā der. Cleo stratus
Abraham
Atlas
Prome theus
Zoroastres
Thales
Anaximā der
Eudoxus
Aratus
Berosus
Linus
Musæus
Dēocritus
Ptolemæus

Errant aũt q credũt sidera quibusq; attributa mortalibus: clara qdẽ diuitibus: obscuriora paupibus: & p sorte cuiusq; fulgẽtia. Nõ tanta cæli societas nobiscũ est: ut nostro fato mortalis sit ille quoq; siderum fulgor.

PHILOSOPHIA.

Philosophia quæ apud latinos amor sapientiæ recte appellari põt / est humanarum diuinarũq; rerũ cognitio cũ studio beneuiuẽdi cõiũcta. Hęc.n. sciẽtia & opinatione cõstare uidetᷓ. Sciẽtia / cũ res aliq̃ certa rõne percipitᷓ. Opinatione / cũ adhuc ĩcerta res latet: & nulla rõne cõprehẽdi posse uidetᷓ. Philosophię tãta est uis: ut iuxta Platonis sñiam / nihil maius unq̃ ad humanũ genus a diuina munificẽtia uenerit. Hęc nos primũ ad dei maximi cultũ: deĩde ad ius hoĩum: tum ad modestiam / magnitudinẽq; animi erudiuit: eademq; ab aĩo tanq̃ ab oculis caliginẽ dispulit: ut oĩa supera / ĩfera / prima / ultima / media uideremus. Eam Cicero ĩ tusculanis disputationibus his attollit laudibus. O uitæ philosophia dux: o uirtutis indagatrix / expultrixq; uiciorũ: qd nõ modo nos / sed oĩo uita hoĩum sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti: tu dissipatos hoĩes ĩ societatẽ uitę cõuocasti. Tu eos primo ĩter se domiciliis: deinde cõiugiis: tũ litterarũ & uocũ cõmunione cõiũxisti: tu lumẽ legũ tu magistra morũ & disciplina fuisti. Ad te confugimus: a te opem petimus: tibi nos ut

antea magna ex parte/ sic nunc penitus totos tra dimus.

Porro philosophię duo fuere pricipia: ut Laertio placet: unū quod ab Anaximandro: alterum quod a Pythagora fluxit. Primū appellatū est ionicum: q̄ Thales præceptor Anaximādri ex Ionia fuerit: alterum italicū: q̄ illius auctor Pythagoras ĩ Italia ut plurimū philosophatus sit. Idem etiā Pythagoras philosophiā primus appellauit. Socrates āt deuocauit a cęlo: quā ĩ tris partes scindi uoluerūt. Physicam/ idest naturalē/ quæ de mūdo & de his quæ sunt ĩ eo/ disserere uidet̃. Ethicam. i. moralem/ quæ de uita moribusq; pertractat. Dialecticā. i. rōnalem in qua disputat̃ queādmodum ĩ rerū causis uel uitæ moribus ueritas ipsa quærat̃. In physica igitur causa quærēdi. In ethica ordo uiuēdi. In dialectica ratio ĩtelligendi uersatur. Pythagoras Socrates

Dialecticā siue logicā/ ꝑ quā discussus rerū morūq; causis uim earū rōnabiliter ꝑscrutamur: a Zenone eleate initium sumpsisse memoriæ ꝓditū est. Ethicam uero Socrates primus ĩuexit: & ad corrigēdos cōponēdosq; mores ĩstituit: atq; omne studiū eius ad beneuiuēdi normam perduxit/ diuidēs eam ĩ quatuor uirtutibus aię: prudētia/ fortitudine/ iustitia/ temperantia. Prudētia est qua ĩ rebus oībus bona a malis discernimus. Fortitudo est qua aduersa æquanimiter toleramus. Iustitia est qua recte iudicando sua cuiq; distribuimus. Temperātia est qua Zeno Prudētia Fortitudo Iustitia Tēpantia

libido & concupiſcentia rerum frenantur.

Ethica ĩ pluris diuiſa ẽ ſectas. Academicã/cyrenaicã/eliacã/megaricã/cynicã/eretricã/dialecticã/peripateticam/ſtoicã/& epicuream. Verum meo iudicio pręceteris philoſophis eminẽt Academici/peripatetici/ſtoici. Veteris academiæ prĩceps fuit Plato. Peripateticæ Ariſtoteles. Stoicæ Zeno.

Plato
Ariſtoteleſ
Zeno

Physicam apud græcos Archelaus atheniensis ex Ionia athenas primus ĩuexit. Vt alii uoluerunt/Thales mileſius ante alios cæli cauſas atq; uim rerũ naturalium rõne pſcrutatus eſt: Quam dehinc Plato quadrifariam diſtixit: in Arithmeticã/geometriã/muſicam/aſtronomiam.

Archelaus
Thales
Plato

In philoſophia apud Perſas primũ claruiſſe magos pleriq; dixerũt. Apud babyllonios & aſſyrios dein de floruiſſe Caldęos. Apud Indos gymnoſophiſtas: & ex iis ad Aegyptios philoſophia manauit. Inde apud gallos Dryudæ ſapientes fuere.

Magi

MEDICINA.

Medicinã uero qua nulla artium fructuoſior/primũ apud ęgyptios repertam uolunt. Alii Arabũ Babylonis & Apollinis filium ĩueniſſe crediderũt. Ouidius ãt ĩ libro metamorphoſeos Apollinẽ ipſum medicinę inuentorẽ fuiſſe teſtatur.

Inuentum medicina meum eſt: opiferq; per orbem
Dicor: & herbarum ſubiecta potẽtia nobis. Auxit deĩde famã Aeſculapius ex Apolline & Coronide

Arabus
Apollo
Aeſculapius

nimpha genitus / clarus admodum in arte medici na troianis tēporibus: quē fulmine ictum fabulantur: quoniā Tindaridā & cōplures alios ad uitā reuocasset. Sed lōgo tēpore post uelut nocte densissima latuit: quā Hippocrates Asclepii filius / Pythagorę discipulus / genitus in insula Coo / ea tēpestate illustris ac prīceps medicinę reuocauit ī lucē. Hippocrates

E medicis primus oium Romā uenit peloponēsis Archagatus Lisanię filius anno urbis cōditæ quingentesimo xxxv. Diascorides uir militaris uirtutes herbarū / arborū / lapidū / aialiū accurate descripsit. His post multa sęcula successit Galienus īsignis medicus / natus apud Pergamū Asię: q Athenis primū: dehīc Romæ excellētissime claruit anno ab urbe cōdita octingētesimo. lxxxix. Eum tradūt edidisse uolumia cētū qnquagita. Post illū Rasis poenus: q ligua arabica libros ī medicina conscripsit. Sed lōge clarius & distīctius post eum ī eadē ligua Auicena hispalēsis effecit. Charmis ex massilia / ut Plinius tradit / dānatis nō solū prioribus medicis: uerū & balneis: frigida etiā hibernis algoribus lauari persuasit. Mersit ægros ī lacus. Videbamus senes cōsulares usq; ī ostētationem rigētes. Multos hoc loco prætereo medicos celeberrimos: qualis Chrisippus / qui ingēti garulitate medicinam mutauit. Erasistratus / qui Anthioco rege sanato / centum talētis a Ptolemæo filio eius donatus est. Antonius musa qui diuū Augustū cōtraria medicina Archagatus Diascorides Galienus Rasis Auicena Charmis Chrisippus Erasistratus. Antonius musa

grraui periculo exemit. Ob id statuam ęream iuxta
Aesculapii signum Augustus locari iussit.

HERBARIA

Erbariam uero & medicamentariã Chiro
Chiron nẽ Saturni filiũ inuenisse ꝓdiderũt. Dicta
Dictamũ mũ herbã extrahẽdis sagittis cerui mon
Chelidõia strauere ꝑcussi telo: pastuq; eius herbę eiecto. Che
lidoniam uisui saluberrimã hirũdines mõstrauere/
uexatis pullorũ oculis illa medẽtes. Testudo cuni
Bubula læ quã bubulã uocant/pastu uires cõtra serpẽtes re
Ruta fouet. Mustella ruta in muriũ uenatu cũ iis dimica
Origanũ tione cõserta. Ciconia origano. Apri edera in mor
Edera bis sibi medẽtur: & cãcros uescendo maxime mari
eiectos. Anguis hyberno situ membrana corporis
Feniculus obducta/feniculi succo ĩpedimentũ illud exuit: ni
tidusq; uernat. Idẽ hyberna latebra uisu obscurato
marathro herbę sese affricãs oculos iungit/ac refo
Lactuca uet. Draco uernã nauseã siluestris lactucæ succo re
siluestris strĩgit. Ceruus herba cynare uenenatis pabulis resi
Cynare stit. Palumbes/graculę/merulę/perdices lauri folio
Laurus annuũ fastidiũ purgãt. Colũbę/turtures/& gallina
Helxine cei herba quæ uocat̃ helxine. Anates/anseres cæte
Vitriola ræq; aquaticæ herba siderite. Grues & similes iũco
Iuncus palustri. Coruus occiso Chameleõte: qui etiã uicto
ri nocet: lauro infestũ uirus extinguit.



DISCIPLINA MILITARIS

Enio nunc ad pręcipuũ & firmissimũ de
cus Romani ĩperii salutari ꝑseuerãtia lõ

go tẽpore ſincerum & ĩcolume ſeruatum/militaris diſciplinæ tenaciſſimũ uinculũ. In cuius ſinu ac tutela ſerenus trãqllusq; beatę pacis ſtatus acqeſcit. Nã diſciplina militaris acriter retenta prĩcipatũ Italiæ romano imperio peperit: & multarũ urbiũ/magnorũ regũ/ualidiſſimarum gẽtiũ regimen largita eſt. Fauces pontici ſinus patefecit: alpiũ tauriq; mõtis conuulſa clauſtra tradidit: ortũq; e paruula Romuli caſa totius terrarũ orbis fecit columẽ: ex cuius ſinu oẽs triũphi emanarunt: & poſtes anguſtæ domus ſẽpiterna gloria triumphant. Nõnulli itaq; rei militaris diſciplinam aſſecuti pręclara facinora terra mariq; geſſere.

Primi cõtra ægyptios aphri prælium fecere fuſtibus: quos uocant phalangas.

Clipeos ĩuenerũt Proetus argiuorũ rex & Acritus iter ſe bellãtes ſiue Chalcus Athamantis filius — Proetus

Loricam Mydias Meſſenius. — Mydías

Gladium/haſtam/galeam lacedæmonii

Ocreas & criſtas Cares. — Cares

Arcum & ſagittam Scythem Iouis filiũ. Alii ſagittas Perſem Perſei filium ĩueniſſe perhibent. — Scythes / Perſes

Lanceas Aetolas. Iaculum cum amento ferũt ĩueniſſe Aetolum Martis filium — Aetolus

Haſtas uelitares Tyrrhenum pilumq; — Tirrhenus

Pentheſileam amazonem ſecurim. — Pẽtheſilea

Pugnare ex equo theſſalos/q centauri appellati ſũt/ habitantes ſecundum pelium montem. — Centauri

O rdinem exercitus/signi dationé/thessaras/uigilias
Palamedes inuenit Palamedes troiano bello.

P rimus oíum Ninus rex assyriorũ ítulit bella finiti
Ninus mis: & rudes adhuc ad resistendũ populos & belli ignaros/terminos usq; libyæ perdomuit. Deuictis igitur proximis cum accessione uirium fortior ad alios transiret: & ꝓxima queq; uictoria instrumẽtũ sequẽtis esset: totius oriẽtis populos subegit.

C yrus rex persarũ babylonios deuicit. Cresum lydo
Cyrus rum regem cepit: cuius opes diuitiæq; ea tempesta te insignes erant. Asiamq; & uniuersum oriẽtem in potestatem redegit.

M ylciades dux Atheniensium cum exercitu. xi. mi
Mylciades lium aduersus sexcenta milia persarum in campis Marathoniis tãta uirtute pugnauit: ut hinc uiros/ inde pecudes putares. Darius turpi fuga uictus du centa milia persarum eo prælio amisit. Et cum tãta uirtus singulorũ fuerit: ut cuius prima laus esset: haud facile discerni posset: pręcæteris tamen The mistoclis adolescentis gloria omnium iudicio ad cælum usq; perlata est.

C ynegiri quoq; militis Atheniensis gloria magnis
Cinegirus scriptorũ laudibus celebrata est. Qui í eodẽ pręlio post ingentẽ hostiũ cladem/cũ persas fugiẽtes ad naues usq; ꝑsecutus esset: onustã nauẽ dextra com prehensam non prius dimisit/ q̃ manus præcidere tur: dextra amputata/sinistra nauẽ detinuit: qua & ipsa præcisa dẽtibus nauẽ tenuit. Tãta siquidẽ í eo

uirtus fuit/ut nõ tot cędibus fatigaret: non dextra leuaq; manu amissis uinceretur: sed ad extremum ueluti rabida fera morsu quoq; dimicauerit.

Leonida Rex spartanorum aduersus decies centena milia persarũ duce Xerse cõflicturus/cum quatuor milibus militum angustias thermophilarum occupauit: ubi triduo cum ĩgenti persarũ clade dimicauit. Quarta die cũ a uigiti milibus hostiũ cacumen thermophilarũ teneretur: dimissis sociis/ipse cum sexcẽtis milibus castra persarũ magna ui adorti cędunt/sternũtq; oĩa: per totũ exercitum uictores uagãtur. Tandem non uicti: sed hostes cædẽdo fatigati inter stratorũ cateruas occiderunt. Leonida

Epaminũdas thebanorũ dux/bello strenuus & litterarũ studiis doctissime eruditus aduersus lacedæmonios uictor sæpe cõseruit. Ad postremũ cũ non ducis tãtũ/uerũ etiã fortissimi militis officio fungitur: ab Anticrate sparo rusticali uulneratus ĩteriit. Quo extĩcto thebanorũ uires pariter cecidere. Nã hunc ante ducẽ ullũ nunq̃ memorabile bellũ gessere: nec postea uiribus/sed cladibus ĩsignes fuere. Epaminundas

Philippus Macedo uir armis & bello clarus atheniẽses subegit. Illyrios uicit. Vrbẽ nobilissimã Larissã cepit. Thessaliã expugnauit. Mathonã urbẽ/ubi de muris sagitta iacta dextrũ oculũ amisit: aliasq; ĩnumeras & urbes & regiones ĩperio suo adiecit. Philippus

Pirrhus rex epiri paterno genere ab Hercule oriũdus magnas res gessit: cuius Tarentino bello inter for Pirrhus

tissimos uiros cum auxiliũ aduersus romanos ferret/magna uirtutis documenta extitere.

Mitridates M itridates rex ponti magna ui animi & corporis præditus Nicomedem bithinia: Arioparzanem cappadocia expulit: græciam insulasq; omnes excepta Rhodo occupauit: Euboiam & ipsum græciæ decus Athenas expugnauit: bellumq; cũ populo Romano per quadragita annos magna uirtute gessit: adeo ut italiam iam/ipsamq; urbem Romã regius terror afflaret.

Hãnibal H annibal Carthaginensium dux ferocissimus: qui annorum ferme nouem odium perenne in Romanos ad aram patri iurauerat/populum Romanum per decem & octo annos uariis cladibus obtriuit. Saguntum ueterem Hispaniæ ciuitatem Romanis foederatam octauo mense euertit. Per alpes ĩ italiã traiecit. Copię illi fuerunt. lxxx. milia peditum. x. milia equitũ. xxxvii. elephãti. P. Scipionem seniorem inter padum atq; ticinum. Sempronium lõgũ apud trebiam. Flaminiũ apud trasumenũ. Paulum & Varonẽ apud Cannas apuliæ uicum superauit. Et cum ad tertium ab urbe lapidẽ castra posuisset: tanta imbrium ac uentorum uiolentia coorta est: ut diuinitus hostẽ summoueri putãdum sit. Itaq; fugere cõpulsus ĩ ultimum italiæ se recepit sinum.

Cocles A d nostros tãdem mea se uergit oratio. Quis enim tanta facundia/ aut uerborum copia exuberans/ tot fortissimos milites/clarissimosq; Romanorum

duces enumeret? Quis nõ miretur Horatii Coclis fortitudinẽ: cum aduersus Porsenã etruscorum regem/ qui Tarquinos ĩ urbẽ restituere tentabat: pro ponte Sublicio stetit: & aciem hostium ĩfatigabili pugna sustinuit: donec pons a tergo ĩterrumperetur: cum quo pariter in tyberim decidit: & armatus ad suos trãnauit.

Quis Mutii Scęuolæ cõstantiã referat: qui ĩ castra Porsenę ueniens/ ut regẽ necaret: purpuratũ pro rege deceptus occidit? Apprehẽsus dextrã aris ĩposuit. Hoc supplicii ardentibus focis exigens q in cęde peccasset. Mutius scęuola Porsennam occidit.

Milo Crotonẽsis athleta celeberrimus: quẽ supra humanas uires oĩa fecisse tradunt/ in olympico certamine ictu nudæ dextræ taurum occidisse prodit: & per stadium ĩ humeris sine fatigatione portasse. Is cũ cõstitisset: nemo uestigio educebat. Malũ tenenti nemo digitum corrigebat. Milo

An nõ dignus sũmis laudibus Furius Camillus? qui gallos urbe iam capta & ĩcensa arcẽ capitolini montis obsidentes: ac post sex menses recessum suum mille pondo auri uẽditãtes/ a tergo subito aggressus adeo cęcidit/ ut oĩum incẽdiorum uestigia gallici sanguinis undatione deleret. Camillus

L. Sicinius Dentatus fortissimus miles centies uicies prœliatus/ & ex hostiũ prouocatione octies uictor fuit. Quiq; & quadragita cicatricibus aduerso corpore insignis/ ĩ tergo nullam habuit. Spolia ex ho Sicinius

ſte cepit. xxxiiii. Donatus haſtis puris duodeuigīti. Phaleris. xxv. Torquibus tribus & octoginta. Armillis centū ſexagīta. Coronis trigintaſex. Ciuicis quatuordecim. Aureis octo. Muralibus tribus. Obſidionali una. Fiſco æris decem. Captiuis uiginti milibus. Imperatores nouē ipſius maxime opera triumphantes ſecutus.

Sergius M arcus Sergius ter & uicies uulneratus cum dexterā in prçlio amiſiſſet / manū ſibi ferreā fecit: & cū neutra pene idoneus ad præliādum eſſet: ſiniſtra una die quater pugnando uicit. Ab Hannibale bis captus refugit. Omnibus aſperrimis prçliis quç per id tempus romani geſſerunt: inſignitus eſt donis militaribus. Et ut Plinius refert / Cremonā obſidione exemit. Placētiā tutatus ē. Duodena caſtra hoſtiū in gallia cepit. Apud Traſumenum / Trebiam / Ticinūq; corona ciuica donatus eſt. Cannenſi quoq; prælio ſolus accepit coronam.

L. Papirius L. Papirius uelocitate curſor / oī bellica laude dignus Sānitas qui apud Caudinas furculas ingenti clade romanum exercitum ſub iugū miſerāt: ſūma internitione deleuit: nec prius finis cçdibus datu s: q̄ iugū hoſtibus & duci capto repoſuit. Hic ut Liuius refert libro. viiii. fuit uir haud dubie dignus omnī bellica laude / non animi ſolum uigore / ſed etiā corporis uiribus excellens: cui præcipua pedum pernicitas inerat: quæ cognomen etiā dedit: uictoremq; curſu oīum ætatis ſuæ fuiſſe ferunt. Nec cum ullo

asperiorem fuisse militiam pediti pariter equitiq;.
Quin eũ parem destinãt animis magno Alexãdro
ducem: si arma asia perdomita in europã uertisset.
Inuictus ergo Alexãder cum iuictis ducibus bella
gessisset: immo etiam eo plus periculi subiisset: q
Macedones unũ Alexãdrũ habuissent: romani mi
lites multi fuissent Alexãdro uel gloria uel rerum
magnitudine pares.

M. Attilius Regulus fortissimus imperator de Salen tinis triumphauit: primusq; Romanorũ ducum in aphricam traiecit. Vrbẽ Clipeã & trecenta amplius castella uastauit: oppida ducenta/ & hominũ ducẽ ta milia accepit. Serpẽtem horrẽdæ magnitudinis centum. xx. pedum apud Bragada fluuium intere mit: omniumq; uictor terrorem sui nomis late cir cũtulit. M. attilius

Q. Fabius Maximus fusis liguribus triũphauit. Han nibalẽ per Sãnium/ per Falernos garganosq; saltus sic macerauit: ut qui frangi uirtute nõ poterat: mo ra cõminueretur. Hinc illi cognomen cũctator. Ta rentum ab hostibus recepit. Herculis signum inde translatum in capitolio dedicauit. Q. fabius

M. Marcellus apud padũ gallorũ ducẽ singulari præ lio fudit: armis exuit: eaq; Ioui feretrio dicauit. Hã nibalem primus uinci docuit. Syracusas expugna uit. Et cum triumphus a senatu negaretur: in alba no monte triumphauit. M. marcel lus

Nec. Pub. Scipionis Aphricani memoriam/ cui deleta Scipio Aphricãus

Carthago ęternum cognomen dedit/ab his exem
plis separare debemus: qui decē & octo annos na
tus patrem apud Ticinū singulari uirtute seruauit.
Senatorios uiros Italiā deserere cupiētes sua aucto
ritate compescuit. Vigintiquatuor annorum consul
ī hispania missus/ut īsolētissimos Numātinę urbis
spiritus superiorū ducum culpa nutritos cōtunde
ret: eodem momēto tēporis/quo castra īttrauit/edi
xit/ut omnia ex iis quę uoluptatis causa comperta
erant: auferrerentur/ac sūmouerentur. Nā cōstat tū
maximū ide īstitorū & lixarū numerū cū duobus
milibus scortorū abiisse. Hac turpi sētina uacuefac
tus exercitus acrē illam & animosā numantiā incē
diis exustam/ruinisq; prostratā solo æquauit. Car
thaginem hispanię eodē quo obsessa est die cepit.
Virginē pulcherrimā ad cuius aspectū accurrebāt:
ad se quidē uetuit adduci: ne quid de uirginitatis
integritate delibasse saltē uel oculis uideretur. Ha
sdrubalē hispania expulit. Magonē fratrē Hānibа
lis prælio uictū Romam misit. Syphacē maurorum
regē/ac Massinissam Numidum ī amicitiā recepit.
Hanonē Aphrorū ducem superauit. Syphacem Nu
midię regē cepit/ac Romam misit. Hasdrubalis ca
stra una nocte prorupit. Carthaginis portas obse
dit. Hānibalē Italię īcubantē reuocauit: & cū de pa
ce non cōuenirēt: signa cecinere. Prelium ab utroq;
duce īstructū est: quale uix ulla memoria fuit. Cō
stat. n. nec melius instrui aciem/nec acrius pugnari
potuisse

potuisse. Nã duo lõge clarissimi duces: duo fortissimi exercitus. Scipio uictor extitit pene ipso Hãnibale capto. Aphricę triumphum statim secutus est terrarum orbis.

C. Marius arpinas Iughurtã captũ cũ duobus filiis ante currũ egit. Vrbẽ capsam ab Hercule cõditã / ingenti solitudine / serpẽtibusq; uallatã: moenibus armis / uiris / asperitate locorũ munitissimam / mira foelicitate superauit. Mulucam saxeo inditã monti / perangusto ac difficillimo aditu penetrauit. Bochum mauritaniæ regẽ apud oppidũ Cirtam summa clade cæcidit. Cimbros / teuthonas / atq; tigurinos uicit: deq; his triumphauit. Rex eorũ Teutholocus q senos equos transilire solitus erat: uir eximiæ pceritatis / adeo ut iter trophea sua emineret: fugatus atq; comprehensus insigne spectaculum triumphi fuit. C. Marius Bochus rex Theutolocus

L. Cornelius Sylla uir armis optimus / Mario iuniore preneste interfecto / foelicem se appellari iussit. Quęstor bello numidico Iugurtham a Bocho ĩ deditionem accepit. Athenas frugũ parentẽ obsidione ac fame ad humanos cibos cõpulit. Portum pyręum sex muris munitum recepit. Euboia atq; Boetia Mitridatis præsidia depulit. Omnẽ eius exercitum apud cheroniam & orchomenã duobus pręliis dissipauit. Archelaum præfectũ eius cũ centum uiginti milibus equitũ contra Romanũ exercitũ uenientem ita uicit: ut uix decem prẹlio superessent. Sylla

Medos/dardanos/ſcordiſcos & dalmatas in itine
re ſuperauit. Marium apud portam collinam ſum
ma ſtrage lacerauit.

Pompeius

Magnus Pompeius rerū geſtarū gloria clarus / æqua
to nō modo Alexādri magni rerū fulgore: ſed etiā
Herculis ꝓpe ac liberi patris / Syllæ partes ſecutus.
Domitiū Marianæ partis ducē & Ierbam maurita
niæ regē eiuſdē factionis occidit. Carbonē cōſulē
iteremit. Siciliam recepit. Numidiā Hiarbæ ereptā
Maſſiniſſæ reſtituit. Aphricā totam ī ditionem re
degit. Oppida octigēta ſeptuagitaſex ab alpibus
ad fineſ hiſpanię ulterioriſ magna uirtute ſubegit.
Sertorium ī hiſpania uicit. Mithridatē ad uenenū
cōpulit. Supplicem iuſſit regnare Tigranem. Col
chos cęcidit: ignouit hiberię: pepercit albanis. Eni
chios/caſpios/hiberos ſeptentrionis plagæ popu
los penetrauit. Et ī oriētem uerſo agmine/ ex aſia/
ponto/armenia/ paphlagonia/cappadocia/cilicia/
ſyria/ſcythis / iudæis/albanis/hiberis / inſula creta /
baſternisq; triumphauit. Libanū ſyriæ atq; iudęos
tranſgreſſus / per thuris & balſami ſiluas romona
ſigna circūtulit. Hieroſolimā caput gentis euertit.
Hircano diadema īpoſuit: Ariſtobolo catenas de
dit. Primus ī hyrcanū / rubrū & arabicū mare uſq;
ꝑuenit. Exceptis quippe Indis / qui adhuc Roma
nos non nouerant: oīs aſia inter rubrum mare &
caſpium & oceanum pompeianis domita ſignis te

nebaт̃. Vicies centum octogitatria milia hoīum ab eo fusa / occisa / aut in deditionem accepta. Naues octigētæ quadragitasex depressæ aut captæ. Oppida / castella mille q̄ngēta trigitaocto ī fidē recepta. Cū Cilices maria oīa iuasissēt: sublatisq; comertiis latrocinarentur: Pompeius æquorum ora complexus / mare tuscum / siculum / ligusticū / gallicum / balearicum / gaditanum / lybicū / ægyptium / adriaticū / ægeum / pōticum / pamphilium / asiaticum / omnesq; æquoris portus / sinus / latebras / recessus / promōtoria / freta / penisulas / diuino quodam apparatu quadragesimo die a prædonibus liberauit: usumq; maris nauibus reddidit.

At ne longius euagetur oratio / multos hoc loco prętereo fortissimos uiros & clarissimos imperatores: quales fuerunt Hercules & Liber pater: Hector & Achilles: quales Fabii / Scipiones / Metelli / Luculli / Quintus Sertorius / Marcusantonius / Traianus imperator: & imprimis diuus Augustus / qui rerum summa potitus / Omnibus in terris quæ sunt a gadibus usque auroram & Gangem imperium foelicissime tenuit. Verum duos tātum cōmemorasse sat erit: qui mea sentētia inter cæteros duces singulari quadam enitent rei bellicæ gloria. Hercules

Primus Alexander macedo uir supra humanā potentiam magnitudine animi præditus: qui parua ad modū manu asiam / armeniam / iberiam / albaniam / Alexāder

cappadociam/syriam/ægyptumq; subegit. Taurum caucasumq; transgressus bactris/medis/persis impauit: uniuerso tandē oriente possesso/indiam uictor penetrauit: p uestigia liberi patris atq; Herculis uagatus. Cum nullo unq̄ hostiū cōgressus/ quē nō uicerit: nullam urbem obsedit: quā non expugnauerit: nullā gentē adiit: quā nō calcauerit.

Cæsar

Britāni

Post hūc Iulius Cæsar animo & armis īuictissimus: quo fortior alter/ nec pietate fuit: nec bello maior & armis. Hic īmanissimos gentiū gallos atque germanos subegit. Britānos uicit: primusq; occiduū classe ingressus est oceanū. Incredibilis nanq; magnitudinis insulā subiugare adortus/extra orbem terrarū Romanū propagauit imperium. Venetos oceani accolas nauali prelio superauit. Heluetios gētem bellicosissimā domuit. Belgasq; ac Neruios q iam exercitum eius ī fugam uerterant: rapto e fugientis manu scuto/ ī primāq; uolitans aciem prelium restituit/ ac summa strage cæcidit: quod solū ī extrema spe salutis imperatori licet. Aquitanos/ treueros/cenomanos/heduos/regisq; Ariouisti superbiam domuit/ & calcauit. Sed maximum oīum illi bellū fuit aduersus Bithurigas/auernos/carnuthas/& seuanos: q̄bus preerat ille corpore & armis spirituq; terribilis: nomīe etiam quasi ad terrorem

Vergentorix

cōposito Vergentorix. Is ferocibus dictis ferocissimam gentem ad pristinā erexit libertatem. Aberat tunc Cæsar ī Italia delectum agens: & q̄uis niues

alpes operirét: ille tamen p inuios montium tumulos & p intactas niues exercitũ traduxit in galliã. Trecenta sexagita milia ꝓpugnantiũ ferro igneq; pdomuit. Auernorũ Vergétorix rex fortissimus ĩ castra Cęsaris ueniens / ante ipsius genua phaleras & arma proiecit. Habes inqt forté uirũ. Fortissime uicisti. Et præter ciuiles uictorias undecies cétũ & nonagitaduo milia hominũ ab eo pręliis occisa. Cæsari propriũ & peculiare fuit clementiæ insigne qua oés supauit. Idem magnanimitatis perhibuit exemplum: cui comparari nõ possit aliud. Fuit.n. illa uera & incomparabilis ĩuicti animi sublimitas: captis apud pharsaliam Pompei magni scriniis epistolarũ: iterũq; apud tapsum Scipionis: ea optima concremasse fide: atq; non legisse. Vergentorix rex Clemétia Cæsaris

Bellum plus q̃ ciuile ĩ æmathia gessit: & inter cognatas acies signa cecinere. Sed ariminũ primo magnã extra galliam ciuitatem occupat. Corfinum deíde aggreditur. Trigita cohortes quas Domitius præfectus Pompei præsidio tenebat / accepit. Dehinc Romam cõuersus nullo cruore perfuso / cunctam ĩ potestatem redegit Italiam. Afranium / Petreium & Varonem Pompei legatos hispania expulit: copias eorum ĩ ditioné accepit. Siciliam & Sardiniam p legatos expugnauit. Postremo apud thessaliam ĩ campis philippicis hinc socer inde gener magna uirtute conflixere. Nusquam enim tantum uirium Bellum ciuile

Populi Romani / tãtum dignitatis fortuna uidit. Trecenta milia bellatorum hic uel inde: præter auxilia regum & senatus. Cumq; diu æquo marte cõcurrerent: tandem uirtute Cæsaris qui medius fuit inter Imperatorem & militem / summa strage Pompeius uictus / magnoq; dedecore prelio excedens una nauicula Lesbon applicuit. Dehinc ad Ptolemeum alexandriæ fugit: cuius ĩperio gladio Septimii sub oculis uxoris suæ liberorumq; trucidatus est. Ptolemæum Cæsar adortus terra mariq; perdomuit: ac iusta generi manibus piacula dedit. In Asia quoque nouus rerum motus. Ibi Farnacem Mithridatis filium uno prelio obtriuit: ex ponto fugauit: exercitumq; eius funditus deleuit. Huius belli celeritatem Amantio familiari suo tribus perscripsit uerbis. Veni. Vidi. Vici. In aphricam uero reliquias partium q̃dam furoris æstus expulerat. Vbi Catonem & Scipionem duces ĩ pompeiani nominis locũ: ac Iubam mauritanię regem cũ magnis copiis profligatos ad necem compulit. Omnium postremo atrocissimum bellum apud Mundam hispaniæ fuit: ubi Cæsar de morte sibi inferẽda dicit̃ cogitasse: cum ueteranorũ manus retrodedit: quæ pudore magis q̃ uirtute resistere uidebat̃. Cæterũ similis furenti primã in aciem ꝓcurrit / ibi preliari: fugiẽtes cõfirmare: ꝑ totũ deniq; agmẽ oculis / manibus / clamore uolitare. Ad extemum tanta fuit

hostium cædes, ira, rabies, ut Põpeiani duces Gn. & Sextus Pompeius prælio profugi Mũdam se re ceperint. Cæsar in patriam uictor iuehitur. Hinc pa ter patriæ, perpetuusq; dictator.

Itaq; neminem clarissimorum ducum huic imperato ri præponendum censeo. Nam siquis Herculẽ, Ale xandrum Magnum, troianos & grecos duces, Ro manorumq; summos & præstantissimos uiros: Fa bios, Scipiones, Metellos, Syllã, Marium, & Lucul los, & ipsum deniq; Pompeiũ: cuius sũma in re mi litari uirtus & gloria ad cælum usq; pfloruit: cõpa rãdos duxerit: Cæsar profecto rebus clarissime ge stis omnes excellit.

LEGES CIVILES.

MAiores nostri leges & istituta quibus popu puli & ciuitates optime regerent, cõdidere. Est. n. lex ratio sũma insita i natura: quæ iu bet ea quæ faciẽda sunt: phibetq; cõtraria. Primus ut aiũt, Radamãthus Iouis filius ex Europa leges dedit, Vir seuerus, & iustitiæ executor. Alii Cererẽ primã leges cõdidisse uoluerũt. Eadem frumẽta in uenit: molere, & cõficere in Attica, Italia, & Sicilia: cũ antea glãde uescerẽtur: ob id dea iudicata. Mer curius trimegistus primus egyptiis leges tradidit. Apud athenienses Solon uir iustitiæ isignis preclaras atque utiles leges tulit: quibus si perpetuo uti uoluissent: sempiternum habuissent imperium. La cedæmoniis uero Lycurgus leges dedit, non tam

Rhadamã thus

Ceres

Mercurius

Solon

Lycurgus

institutione earũ:q̃ exemplo clarior. Nihil enim ulla lege i alio sanxit/quod primus ipse nõ efficeret.

Plato Plato quoq; philosophus de Legibus libros duodecim præclare conscripsit. Apud Romanos Numa põpilius Numa Põpilius leges istituit quasi monitu deæ Aegeria uxor Nume Aegeriæ: quo magis Romani eas acciperent: ferocemq; populum qui ui & armis imperium occupauerat: Mutius scęuola religione atq; iustitia gubernaret. Mutii quoq; Scęuolæ inter iureconsultos clarum est nomen.

Ius Ciuile per multa sęcula inter sacra cerimoniasq; immortalium deorum abditũ: solisq; pontificibus notum (ut Valerii utar uerbis). Gn. Flauius scriba/ factus ędilis curulis uulgauit: ac fastos pene foro Cicero toto exposuit. M. Tullius Cicero nõ ne & ipse de Iustiniãus Legibus libros tres elegantissime scripsit? Iustinianus Augustus multa post eos natus sæcula clarissimus iureconsultus Romanorum leges: quarum nimia ꝓlixitas erat/ mira breuitate correxit. Quippe Romanorum principũ constitutiones/ quę multis uoluminibus continebãtur/ i duodecim libros cõplexus est: quem Codicem appellari iussit. Rursum singulorum magistratuum leges/ qui ad duo milia pene libri erant: in libros quinquaginta constituit: quem Digestum nuncupari uoluit. Edidit quoq; institutionũ libros quattuor/in quibus uniuersarum legũ sententiæ breuiter continentur. Nouas item leges quas ipse istituerat/in librum unum collectas/ Auctentica uocari maluit.

IVS CANONICVM

LEges & constitutiones Canonicas primus oium Gratianus uir præclari ingenii ex dictis sanctorũ patrũ in unum collegit: decretũq; appellauit. Deĩde Gregorius. viiii. diuersas constitutiones & decretales prędecessorũ suorum per Raymundum penitentiarium apostolicũ / uirum litteris & prudentia clarum ĩ unum uolumen redegit: quod decretale uocãt. Bonifacius. viii. librum edidit / quẽ Sextum censuit nuncupari. Clemẽs. V. pontifex Romanus constitutiones plurimas complexus est / quę appellantur Clementinæ. Ioannes andree Bononiensis iuriscõsultus præstantissimus super decretalibus uolumẽ egregiũ condidit: qui Nouella uocat: magnũ sane opus & utilissimũ. Innocẽtius quartus / Gofredus de Trano / Hostiẽsis archiepiscopus / & Guido archidiaconus Bononiẽsis clarissimi eius disciplinæ auctores extitere.

Gratianus
Gregorius
Bonifacius
Clemens
Ioãnes an dree
Innocẽtius
Gofredus
Hostiẽsis
Archidiaconus

THEOLOGIA

NVnc uero ad præclaram illam cælestemq; doctrinam / sciẽtiarum omniũ maximam theologiá sermo flectendus est. Nã quosdam legimus sacris litteris eruditos / quos theologos uocãt / cõtẽptis oĩbus publicis & priuatis actionibus / ad ĩquirendæ ueritatis studiũ se contulisse: ac de optimo maximo & uero Deo: de beata æternaq; uita accurate diligenterq; tractasse. Enimuero primus oium qui humano generi clarissimũ ueritа

Moses tís lumen inferret fuit Moses hæbræus/theologus ille eximius: qui in Syna montem ascendit illius regionis excellétissimum: & legem ac præcepta diuina duabus tabulis lapideis/in utraq; quina manu dei scripta genti hæbræorum tradidit. Quem secu

Prophetę ti prophetæ ac post multa sæcula duodecim ille uirorum delectus ac sacer numerus/quos Iesu christi

Apostoli apostolos dixere: non eloquentiæ phaleris lenocinioq; uerborum/sed concitatione quadã spiritus/afflatuq; diuino/pie atq; innocenter uiuere docuerunt: de religione rebusq; diuinis differuerunt: ad cultum ueræ maiestatis mentes hominum instruxerunt.

Multi post illos uariis temporibus secuti sũt: qui diuiuina sapientia imbuti/ clari celebresq; fuerũt: si

Quadratus cuti Quadratus apostolorum discipulus / & athe niensis ecclesię põtifex/uir sacris litteris eruditus: qui Adriano principi librum pro nostra religione conscripsit tanta diuinarum rerum peritia: ut persecutorem grauissimum illius excellens sedaret in

Aristides Iustinus genium. Aristides & Iustinus philosophi uiri eloquentissimi libros contra gentes diuinis litteris ac philosophorum sentẽtiis refertos edidere. Panthe

Panthenus nus stoicus ob pręcipuã eruditionem a Demetrio Alexandrino põtifice missus in indiam/Christum apud Bragmanas cõstantissime prædicauit. Quid in libris Clemẽtis alexãdrinę ecclesię prębyteri/uiri plane oium eruditissimi idoctũ iudicari potest:

Nec nobis deest Origenes uir acutissimi igenii: cuius uolumina plena sūt philosophorum sentētiis: & oia nostrę religionis de Platone/ Aristotele/ Cornutoq; confirmat. Eusebius cæsariensis & Athanasius Alexādrinus episcopus pro christiana religione uolumina egregia cōdiderunt. Tertulianus uir eloquentissimus contra gentes libros acutissimos omniq; litterarum disciplina refertos tradidit. Minutius foelix Romani fori causidicus cōtra mathematicos elegātissime scripsit. Arnobius uir eloquētia pollens aduersus falsam religionem septem uolumina edidit: totidēq; discipulus eius Lactantius Firmianus uir oīum Christianorum proculdubio eloquentissimus: cuius facundia & dicendi copia longe omnes excellit: qui de Christiana religione unquam scripsere. Ciprianus Carthaginēsis ꝙ idola dii non sunt: qua breuitate/ quanta rerū copia/ uerborumq; splendore perstrinxit? Hilarius episcopus Quintiliani libros & stilo & numero præclare imitatus est. Iuuencus prēsbyter tempore Constantini historiam euangelicam uersibus explicauit. Quid Aurelio Augustino eruditius: quid acutius inueniri potest? Quid est ꝙ litteratus uir ab Augustino discere nō possit? Præsertim cū afferat orationē eruditā & auribus dignam: nihilq; humanarum diuinarumq; rerum dimittat itactū. Et cū oīa eius uolumina quæ prope inumerabilia sunt/ bonarū artiū doctrina præfulgeāt: Præcipue tamē. xxii. libri

Origenes

Minutius

Arnobius

Lactātius

Cipriāus

Hilarius

Iuuencus

Augustius

de ciuitate dei omnem sæculi cõtinent disciplinã. Vt autem ad extremum concludam: multos præteream diuina sapientia claros necesse est. Si prius tamen iis adiecero diuum Hieronymũ: Ambrosium mediolani antistitem & Gregoriũ romanũ pontificem: sũmos profecto theologos ac pfectos diuinæ sapientia uiros: in quibus omibus discerni uix potest: maior ne sciẽtia rerũ/an peritia fuerit litterarũ.

Hierony mus. Ambrosius Gregorius

Hæc est illa uera philosophia/diuinaq; scientia/quæ multo melior/utilior/gloriosior putãda est: q̃ illa oratoria cæteræq; doctrinę: quæ nõ ad uirtutẽ/sed ad sæculi pompam/argutãq; malitiã homines erudiunt. Liberales artes uirum bonũ non faciũt/sed nec promittũt quidẽ: nec huius rei scientiam attingunt. Quid earũ ad uirtutem uiã sternit? Quid ex his metũ demit: cupiditatem eximit: libidinẽ refrenat? Nihil apud eas īuenies/quod me uetet timere: uetet cupere. Quisqs hęc ignorat: alia frustra scit. Nẽpe dolores hominũ nullis remediis fouent/sed dulcibus alunt uenenis. Eæ sunt. n. quæ infructuosis affectuum spinis uberẽ fructibus rationẽ necãt: hominũq; mentes assuefaciũt morbo/nõ liberant. Quid prodest equũ regere: & cursum eius freno tẽperare: affectibus effrenatissimis abstrahi. Quid prodest multos uincere luctatione uel cęstu: ab iracundia uinci? Nihil nobis ad bene beateq; uiuẽdũ liberalia studia conferũt. Ad alia multum. Ad uirtutẽ nihil. Quid ꝙ ista liberaliũ artium cõsectatio

molestos

molestos/uerbosos/intempestiuos/sibi placentes facit? Fortitudo cõtemptrix timẽdorũ est. Nunqd ergo hãc liberalia studia corroborãt? Fides sãctissimum humani pectoris bonum est: nulla necessitate ad fallẽdũ cogitur: nullo corrumpitur pręmio. Nunqd liberalia studia hos aĩos facere possunt? Temperãtia uoluptatibus ĩperat: uetat superbum esse aduersus socios: uetat auarum uerbis/rebus/affectibus. Prudentię proprium est examinare consilium: & nõ facili credulitate ad falsa ꝓlabi. Nunquid ergo liberalia studia hos mores præcipiunt? Omnis sapientia hominis ĩ hoc uno est: ut Deum cognoscat/& colat. Facessant igitur omnes liberales scientiæ/quæ humanam uitam non instruunt/sed turbant. Theologia itaq; sola est quæ religionis & beneuiuendi normam præbet: cætera omnia tanquam adminicula quædam ad hãc referuntur. Hęc est quæ mortales omnis ad agnitionem illius ueri Dei qui res hominumq; deumq; æternis regit imperiis/instruit/atque ducit. Hæc tandem illa est/quæ cõtẽptis terrestribus & abiectis erroribus ad æterna cælestis thesauri præmia dirigit. Hãc igitur sequamur omẽs: hãc complectamur: huic libentissime pareamus: quoniã sola recto nos docet ad uitam contendere cursu.

Fortitudo

Fides

Tẽpantia

Prudẽtia

F I N I S.

Capitula huius libri.

Zacharias Lilius Vicentinus Canonicus regularis patri suo optimo Augustino Papiensi Canonico regulari salutẽ in domino.

LIBellum cõtra Antipodes quem nuper paucis lucubrationibus absolui: tibi propterea obseruandissime pater dedicare constitui: ꝙ te uirtute ac probitate / omniq; genere laudis praestantissimum existimaui. Tibi nãq; insita est mira quaedam magnitudo ingenii: summa litterarũ cognitio: diuina memoria: elegans ĩ dicẽdo pronunciatio: interregima fides: par quaedam in oẽs aequitas: & regius deniq; splendor / atq; munificentia. Tanta est plane doctrinae & prudẽtiae tuae excellentia: tanta iuris pontificii & bonarũ artium disciplina: tantus caelestis quidam sapiẽtiae fulgor: ut nulla satis ubertas ingenii: nulla dicendi copia: nullũ tam diuinum atq; incredibile genus orõnis queat aliquid dignum exsoluere / quod immenso illi & memorabili uirtutum tuarum cumulo satisfaciat. Sed iam libellũ ipsum ꝓ singulari humanitate tua hilari quaeso frõte suscipias: & siquos ĩ eo errores deprehẽderis (quae tua uirtus est) benigne emendabit. p. tua. Paratus enim sum emẽdatoris subire iudicium / & culpae satisfacere. Valeat foelicibus successibus. p. tua: cui me totum trado.

Zacharię Lilii Vicentini Canonici regularis: ad præſtantiſſimum diuini uerbi decla matorem Auguſtinum Papien ſem canonicum regularem cõtra Antipodes Liber incipit.



Ngentem nũc aggredimur pugnam litterarum obſeruande pater: an ſint Antipodes/decernere cupiẽtes. Nam quoſdam legimus bonarum artium doctrina excellẽtes gręcos pariter & latinos: qui circũfundi terrę homĩes undiq;: conuerſisq; ĩter ſe pedibus ſtare: & inferiorem zonæ noſtræ partem tenere arbitrant̃: cunctis ſimilẽ eſſe cæli uerticẽ: ac ſimili modo ex quacũq; parte mediam calcari diſſerentes. Nam cũ terram ĩ modum pilæ rotundam aſſerant: neceſſe eſt/ut in oẽs cæli partes eandẽ faciem gerat: montes erigat: campos tẽdat: maria cõſternat. Quocirca nulla ſit pars terræ/quæ nõ ab hoĩbus cæterisq; aĩantibus incolatur. Hæc illos ad antipodes ratio perduxit: Quod falſum eſſe ac nulla rõne credendũ ſacræ litteræ teſtãtur. Verum ii cũ ſemel aberrauerint/conſtanter ĩ ſtultitia perſeuerant: & uanis uana defendunt. Vel ideo mendacia defendenda ſuſcipiunt:

Auguſtĩus Lactãtius

ut ingenia ſua falſis licet rebus exerceãt/uel oſtentent. Errorem ãt eorũ q ita putarunt/Aurelius Auguſtinus & Lactantius firmianus magno ingenio uiri ac optimarũ artium ſtudiis prętantiſſimi iure

coarguunt. Atqui nõ esse Antipodes: nullãq; portionem terræ habitari præter hanc quã incolimus inter septẽtrionem & æquinoctialem circulũ / multis argumentis probari potest. Nam cum omne genus hoiũ ab Adam primo oĩum parente initium sũpserit: ut Moses in libro genesis asseuerat: et Aurelius Augustinus. xvi. de ci. dei: Iosephus quoq; in primo iudaicæ antiquitatis: genus uero Adæ in hac tantũ terrarũ parte / quã supra memorauimus / distributũ sit usq; ad Noe filiũ Lamech: quo tẽpore diluuiũ oĩum maximũ fuisse cõstat sup uniuersa terra: quo aĩantia cũcta iterierunt: præter ea quæ cum Noe ĩ arcam cõfugerunt: quã post diluuium ĩ montibus armeniæ resedisse ferũt: uerissime patet Antipodes non esse: quos neq; ĩ genere Adæ: neq; ĩ arcam confugisse sacræ litteræ cõmemorant. Adam Moses Noe

DILVVIVM OGYGIS.

Sed neq; illos fuisse tradũt tẽporibus Ogygis Thebanorũ regis / cũ maxima illuuies aquarũ terras obrutas tenuit: quæ maiorẽ partẽ populorũ greciæ absumpsit: ante urbem conditam annis mille quadragita.

DILVVIVM DEVCALIONIS.

At forte genitos putãt Deucalionis tẽpore: cũ nimbis tollẽtibus æquor nauigio mõtẽ ascẽdit / sortẽq; poposcit: paulatimq; aĩa caluerũt molia saxa. Nã ãnis octigentis decẽ ante urbem conditã diluuium fuit apud thessaliã: de quo

fere scriptores omẽs ueteres mentionem fecere:tra duntq; excrescẽtibus aquis Deucalionẽ solũ cum

Pyrrha Pyrrha coniuge nauicula euasisse / & in Parnasum mõtem deuenisse. Ad extremũ cessantibus aquis: quæ post terga saxa iacebãt / faciẽ traxere uirorũ. Et de foemineo reparata est foemina iactu.

INCENDIVM PENTAPOLIS.



Vm uero Pentapolis regio iter Palęstinã & Arabiã sita:quæ a quinq; ciuitatibus / Sodoma/ Gomorra/ Adania/ Seboin/ Segor/cognomen sumpsit:olim foecũda & uberrima:nunc aũt deserta / atq; exusta:pro scelere incolarum de cęlo tacta ĩ cineres æternos dissoluta est: ubi tunc erant Antipodes?

INCENDIVM PHOETONTIS.



Eu cũ incendium Phoetontis fuit:quo lõge lateq; uagãte factũ est / ut desiccarentur fontes & flumía:sata oĩa redigerent̃ ĩ cineres:arescerẽt siluę / & arbusta quęcũq;:ac mare feruescere uideret̃:ubi Antipodes memorãt̃?

QVOD TERRA NON SIT ROTVNDA

q Vi aũt fatẽtur terrã esse rotundã / eos facile refellere põt auctoritas eorũ qui de terrarũ mẽsura scripsere. Nã sicuti Ptolemęo

Ptolemęus probãte didicimus:qui prętر cæteros solertissimus habetur: Longitudo terræ constat nonagíta milibus stadiis: Latitudo uero quadraginta mili

Plinius bus fere. Plinius aũt ĩ oĩum quidẽ litterarum subti

tilitate doctissime eruditus / hæc tradit de mẽsura terrę. Pars nostra terrarum lõgissime ab ortu ad oc casum patet octogitaqnq; milia sexagitaocto sta dia. Latitudo uero a meridiano situ ad septẽtrionẽ quinquagitaquattuor milia sexagitaduo. Vniuer sum aũt circuitũ ducẽtorũ qnquagitaduorũ miliũ stadiorũ ꝑdidit. Nullo igr̃ modo cũ terra longior sit q̃ lata: absoluti orbis forma esse põt ĩ tãta mon tium excelsitate: tanta camporum planitie.

Cæterum nulla historiæ cognitiõe hoc didicisse affir mant / sed tantum ratiocinãdo cõiectãt. Põponius mela dixit eã zonã quę est inter circulũ australẽ & tropicũ capricorni Antipodes habitare: quã nobis ĩcognitã esse testar̃. Nẽpe si ĩcognita ẽ nobis / quo modo scit eius plagę accolas esse Antipodes? Præ terea cũ eius zonę situs / ut astrologi ꝓhibẽt / nõ sit excelsior neq; ĩferior habitabili nostra / sed pari cæ li uertice locatus: illic degentes nullo modo Anti podes uocari poterunt. Quidam uero nõ cõtrariã partẽ terræ / sed supioris zonæ deuexa uersus meri diem Antipodes ĩcolere uoluerũt. Quos facile cõ uincemus: si eos q toto orbe terrarũ uagati sũt / in mediũ afferemus. Põponius

LABORES HERCVLIS. XV

LEgimus nãq; in ueteribus historiis Herculẽ uirum fortissimũ totũ pene orbẽ lustrasse terrarũ: uarios adiisse populos: maria tran sisse: Antheum gygãtem libycis harenis strauisse: Cẽtauros domuisse. Aprum & Leonem occidisse.

Quin & urbem troiā & Oechaliā euertit. Ad heſpe
ridū inſulas extra orbē terrarū nauigauit: atq; inde
mala aurea retulit. Aeripidē ſiluis ceruā: ſtymphali
das undis Abſtulit: īmanem hydram quīquagīta
Cacus atris hiatibus apud lernā paludē īteremit. Cacum
Taurus Vulcani filiū apud Auentinū montē occidit. Tau
Diomedes rum horribilem fracto cornu ī terrā colliſit. Diome
dem regē thracię ſęuiſſimū equis ꝓpriis deuorādū
Buſiris prębuit. Buſirīdē tyrānum ægypti aris īpoſitū inter
Coū næ fecit. In occidente colūnas fixit. Gerione rege in hi
Gerion ſpania deuicto/heſperias tuſco lauit in āne boues.
Albion Peltatam ſcythico diſcuſſit amazona nodo. Albio
Bergion nem & Bergionē duces Neptuni filios ī gallia ſupe
Heſiona rauit. A monſtro marino liberauit Heſionā Laume
Lacinius dōtis filiā. Lacinium latronē extremā italiæ oram
latrociniis infeſtantem occidit. Colūnas & aras in
Sogdiana Aſiæ prouincia cōſtituit. Cælū humeris
Lycus rex tolerauit. Lycum thebarū regē/ꝗ Megeræ coniugi
uim īferre uoluiſſet interemit. Ad extremū tradunt
Cerberus Cerberū tricipitem ab īferis ſtigiaq; palude eduxiſ
ſe: nec uſꝗ Antipodes īueniſſe. Vltimū uero labo
rem tantus uir ſuperare non potuit. Nā cum oēs ui
ciſſet: & mōſtra horrēda ſuperaſſet: Eurytūq; Regē
Eurytus gem Oechaliæ ob negatas Iolis nuptias interfeciſ
ſet/amore mulierū uictus eſt. Iolis. n. amore ardēs
ſagittas clauāq; depoſuit. Purpura & unguētis uti
ipſa docuit: & quod turpius eſt/inter pediſſequas
ſedere: pēſa partiri: & colo nere iuſſit. Quod ægre

ferẽs Deianira misit illi clã sãguine Centauri tinctã uestem: qua itolerabili dolore cruciatus, rogo cõstructo in eum conscẽdit. Et sic Hercules omnium fortissimus infausto mulierum amore, dãnosaq; libidine clade horribili absumptus est. Mors Herculis

GESTA LIBERI PATRIS

LIber pater per Xerolibyam ductauit exercitum, ægyptum, æthiopiam, arabes, syros, babylonios peragrauit: itrauit Persas: pertransiuit Caucasũ, medos, parthos, carmanos, opulentissima indiæ regna penetrauit.

RES GESTAE ALEXANDRI

SIc Alexander ille magnus, uir supra humanam potentiam magnitudine animi præditus Asiam, armeniam, iberiã, albaniam, cappadociam, syriam, phoenices, ægyptũq; subegit: egregias bello urbes disiecit: atq; alias condidit: Taurum, caucasumq; transgressus bactris, medis, persis imperauit. Vniuerso tandem oriente possesso Indiam uictor penetrauit: per uestigia Liberi patris atq; Herculis uagatus.

GESTA IVLII CAESARIS

SIc Iulius Cęsar animo & armis iuictissimus: quo fortior alter, nec pietate fuit: nec bello maior & armis: immanissimos gẽtium gallos atq; germanos subegit. Britannos uicit: primusq; occiduum classe ingressus est oceanum: incredibilisq; magnitudinis isulam subiugare adortus extra or

bem terrarum Romanum propagauit imperium. Belgas/neruios/heluetiosq; gẽtem bellicosissimã domuit. Venetos oceani accolas nauali prelio superauit. Aquitanos/treueros/cenomanos/heduos Regisq; Ariouisti superbiã domuit/ atq; calcauit. Vergentorigem auernorum Regem corpore/ & armis/spirituq; terribilem cum trecentis septuaginta milibus propugnantium summa strage cecidit. Europam / asiam / aphricã diuisas cælo pelagoq; plagas aut miscere bello / aut ĩperio subdere molitus est. Nec tam clarissimi duces ullo loco Antipodes inuenere.

HISTORICI ET COSMOGRAPHI

Porro Thucydides/ Herodotus/ Diodorus/Salustius/ Trogus/Liuius auctores grauissimi / ceteriq; scriptores: qui historiam scripsere latinam/ græcam/ atq; barbaram: nullam de illis mẽtionem fecere. Sed neq; Ptolemeus/ Strabo/ Plinius/ Solinus/aliiq; Cosmographi: qui totum radio scripserunt gentibus orbem: q̃uis uaria & monstrosa hominũ genera: mirabilesq; gentium figuras prodiderunt.

Hypborei

MIRABILES GENTIVM FIGVRAE

Nam sub ipso siderũ cardine tradunt̃ hyperborei: qui diutius q̃ ulli mortalium & beatius uiuunt: semper leti / nõ bella nouere / non iurgia. Et ubi eos uiuẽdi satietas magisq; tedium capit: hilares redimiti sertis semet ipsi

in pelagus ex certa rupe præcipiti dāt. Id eis funus eximiū est. Haud procul ab eis Arimaspi uno oculo in fronte media insignes. Antropophagi in scythia: quibus execrandi cibi sunt humana corpora. Arimaspi Antropophagi

Et in regione Abarimon siluestres sunt homies / aduersis post crura plātis / eximiæ uelocitatis. Essedones populi sunt scythię: qui parentū funera cantu prosequuntur: & corpora ipsa laniata pecorum uiscenbus immixta epulando consumunt. Ossa capitum auro incincta pro poculis gerunt. Neuri in eadem regione æstatis temporibus in lupos trāsfigurātur. Deinde exacto spatio in pristinam formam reuertūtur: hominesq; pro uictimis habēt. Scythotauri pro hostiis aduenas cędere consueuerunt. In albania asiæ gigni quosdam perhibēt glauca oculorum acie: qui noctu plusq̄ interdiu cernant. Circa helespontum Ophiogenes serpentū ictus tactu leuare solitos. In aphrica psylos / quorum corpori ingenitū sit uirus exitiale serpentibus. Simile & in italia marsorū gētē. In libya Androgynos utriusq; naturę / quibus dextera māma uirilis / leua muliebris. Sinaptotes ī desertis aphricæ / qui inflexi lentis cruribus serpere magis q̄ ingredi referuntur. Sciopodæ ī eadem regione / qui in maiori æstu humi iacentes resupini umbra se pedū protegūt. Esse ibi tradunt familias quasdam effascinantiū: quorū carminibus arescant arbores: emoriantur infātes. Esse eiusdē generis apud illyrios / qui uisu quoq;

Siluestres homines
Essedones
Neuri
Scythotauri
Noctu cernētes
Ophiogenes
Psyli
Androgyni
Scinaptotes
Sciopodæ
Effascinantes

effascinent / interimãtq; quos diutius intueantur. Haud dissimile his genus pharmacũ in æthiopia: quorum sudor tabem cõtactis corporibus afferat. In phaliscorum agro haud ꝓcul ab urbe familias quasdam esse: uocantur Hirpiæ: quæ super ambu stam ligni struem ambulantes non aduruntur.

Hirpię

Atheon

Atheon filius Aristei regis Arcadię / q ut Ouidius perhibet / uenator fuit: cum die quadã uenatione fessus ad fontem accederet / in quo Dianã nudam se lauantem uidit. Diana id ægre ferẽs / sumpta ma nibus aqua / in faciẽ eius proiecit: & ꝓtinus ĩ ceruũ cõuersus est / & a canibus eius laceratus. Quod si gnificare uideť affectũ uenãdi & canũ: quos inani ter pascẽdo oẽm pene substantiã uenatores ꝑdũt.

Mĩotaurus

Minotaurus in insula Cretæ natus perhibetur: qui media parte homo / altera taurus erat. Illum Pasy phe uxor regis Minois genuit / ardẽs ĩfausto amo re formosi tauri: cum quo arte Dedali in uacca li gnea corio amatæ uaccæ circumposita concubuit: quod mõstrũ / ut Minos uidit / ĩ labyrĩto reclusit. Temporibus Alexãdri regis mõstrũ natũ ferũt su periores corporis partes hoĩs mortuas gerens: infe riores ãt diuersarũ bestiarũ uiuẽtes: quod portẽde re ĩterpretati sunt / regẽ haud lõgo tẽpore ĩpaturũ. In Vmbria fertur mulierem peperisse serpẽtem: de quo Lucanus. Matremq; suam conterruit infans.

Arpiæ

Arpyæ tres fuere. Celeno / Aello & Occipite / Nep tunni filiæ: quæ Strophades insulas incoluerunt.

Hatum formam.iii.æneidos describit Virgilius.
Virginei uolucrum uultus: foedissima uentris
Proluuies: uncæq; manus: & pallida semper
Ora fame.

Quę monstra rapinę uicium recte significāt. Quippe raptores uncas habēt manus / & pallida semper ora fame. Hoc est insatiabilē appetitū habēdi: quo miseri mortales ī rapinam proni continue agūtur. Foedissima uētris proluuies raptorum est: quia ut plurimum rapinarum turpis est exitus. Itur enī ex diuitiis rapto acquisitis ī ludum substantiæ omnís cōsumptorem. Itur ī luxuriā lasciuiarū matrē. Itur in gulam crapularum & ægritudinum cloacam turpissimam.

In multis aūt mōtibus Indiæ genus est hoīum capitibus caninis; quos Aurelius cynocephalos uocat / unguibus armatos / p uoce latratū edere tradūtur. Cynocephali

Ad montem cui nomen est Nilo homines esse dicūt aduersis plantis / octonos digitos in singulis pedibus habentes. In eadē regione foeminas semel parere ī uita: genitosq; confestim canescere.

Sunt & satyri subsolanis indorum montibus / homines siluestres aduncis naribus / cornua ī frontibus gerentes: & ī caprarum pedes deficiētes: tam recte currētes / ut propter uelocitatē nisi senes aut ægri nō capiantur. Monoculos quoq; ibi nasci tradūt: singulis cruribus & singulari pnicitate: qui a calore se defēdunt plātarum magnitudine. Gangis fon Satyri Monoculi

tem qui accolũt: odore uiuunt pomorũ siluestriũ: lõgiusq; pergentibus eadem in presidium gerunt. Quosdam etiam ĩ India nasci perhibent labii inferioris adeo prominentis / ut in solis ardoribus totam ex eo faciem contegãt. Aliis concreta ora esse / modico foramine auenarũ calamis pastus haurientibus. Esse aliam gẽtem siluestrem sine uoce / stridoris horrẽdi / hirtis corporibus / oculis glaucis / dentibus caninis. Scyritas gentem iter indos narium loco foramina tantũ habẽtem. Ad extremos fines indiæ Astomorum gẽtẽ sine ore / corpore toto hirtã / halitu tantum uiuentem: nullus illis cibus: nullus potus. Super hos extrema parte montium Spitamũ Pigmeiq; narrantur: statura cubitales: quos a gruibus ĩfestari Homerus prodidit. Cyrnos indorum genus tradũt annis centenis quadragenis uiuere.

Pandoras in conuallibus indiæ annos ducentos uiuere: in iuuenta cano capillo / qui ĩ senectute nigrescat. Viros indorum quosdam cum feris coire: semiferosq; esse partus. Nasci hoĩes in eadem regione cauda uillosa / pnicitatis eximiæ. Alios auribus totos contegi. In Taprobane insula longissimam uitam sine ullo corporis langore traduci. Chelonophagi ĩ Carmania: qui non alia q̃ testudinis carne uiuunt: piscium cute se uelant. Centauri ĩ Thessalia secus montem Pelium habitantes media parte uiri / & altera equi describuntur. Hippopodes ĩ oceano scyticho humanam usq; ad uestigium for

Marginal notes: Scyritæ; Astomi; Spitami; Pigmei; Cyrni; Pandoræ; Semiferi; Chelonophagi; Centauri; Hippopodes

mam tenentes in equinos pedes desinunt.

Cyclopes uiri gigãntes in Sicilia iuxta ætnam mon tem degentes unicum tantum oculum in medio frontis habebant. Cyclopes

Briareus & Gyges fratres Titanis & terrę filii/gigan tes uiri fortissimi Neriton insulam habitabãt: quo rum singulum centum manus habere dixerunt/& capita quinquaginta. Briareus

Gerionem regem Erithreę triplici forma prodiderũt. Fuerunt enim tres fratres tantę concordiæ/ut in tri bus corporibus quasi una anima esse putaretur. Gerion

Sirenas tradunt Acheloi & Calliopis Musæ filias mi ræ pulchritudinis/insulas quasdam incoluisse iux ta Pelorum Sicilię promontorium: uirginis os cor pusq; gerẽtes usq; ad umbilicum: ab umbilico ĩfra pisces esse dicũt/pedes galinacios habẽtes. Earũ noĩa Parthenope/Leuchosia/Ligia: quæ tanta dul cedine cantus nautas afficiebãt: ut ĩ soporem uerte rent: quos sõno oppressos submergebant/& deuo rabant. Meretrices pulcherrimas has pleriq; fuisse uoluerũt solitas decipe nauigãtes. Troglodytas ĩ æthiopia uelociores equis ꝓdiderunt: qui pro do mibus specus habẽt. Victus serpentum carnes. Stri dorq; non uox: adeo sermonis commertio carent. Sirenæ Troglo dytę

Rursusq; ab his occidẽtem uersus Blemios sine cer uice/oculos ĩ humeris habẽtes. Argum ferũt mul tis circa caput oculorũ luminibus ornatũ. Aethio pas Nomadũ octona cubita lõgitudine excedere. Blemii Argus Nomades

Atlātes | Gāphasantes | Garamātes | Gorgones

Vltra deserta libyæ Atlātes sunt populi ab hūano ritu prorsus exulātes. Nulli proprium uocabulum: nulli speciale nomen: ustiq; undiq; torrentis plagę sidere oderūt deū lucis. Gamphasantes nudi degunt/ac externorum cōmertia deuitant. Garamātes nudi arant: consortiaq; hominum diffugiunt. Gorgones serpētibus crinitas formosissimas fuisse tradiderunt: quas aspicientes i lapides uertebātur/ob stuporē admirādæ pulchritudinis. Fuerūt autem quatuor sorores prętantis formę. Medusa Euryale/Sthenio/& Scylla: capillos aureos habentes. In eis īsulis regnauerūt/quæ Gorgades appellantur. Scylla soror Medusę artibus Circes pubetenus i uarias mutata est formas. Nam succicta erat capitibus canum & luporū: ac magnis latratibus i freto siculi maris nauigātes deterrebat. Cuius formam. iii. æneı. Virgilius descripsit.

Medusa

Scylla

Prima hominis facies & pulchro pectore uirgo
Pubetenus. postrema īmani corpore pistrix.
Delphinū caudas utero cōmissa luporum.

Caribdis

Caribdis āt foemina fuit uoracissima: quæ boues Herculis rapuit: & ī maria deiecta naturā pristinam seruat. Nam sorbet uniuersa. Est enim locus periculosus ualde īter italiam & Siciliam. Scylla in italia est: Caribdis ī Sicilia.

Augustius

Aurelius Augustinus. xvi. libro de ciuitate dei multa ex his quę supra memorauimus/mōstra descripsit/adiiciens quendam mortalem ætate sua natum

duo

duo habētē capita: duo pectora: manus quatuor: uentrem āt unū: & pedes duos. Nō itaq; ipossibile cuiq̄ uideri debet: ut quēadmodum i singulis quibusq; regionibus mirabiles quędā figuræ sunt hominum: ita in uniuerso terrarū orbe quædam monstra sint gentium.

DE INSVLIS OCEANI MARIS.

Plurimas quoq; extra orbem terrarum i mari oceano iidem auctores insulas & loca descripserunt / uariis habitata colonis. Siquidem in oceano atlantico ad extrema Mauritaniæ cōtra montē atlantem a terra stadia. viii. abesse Cernen insulā Polibius prodidit. Et aliam cōtra atlantē: & ipsa Atlātis appellata. Insulæ fortunatæ numero sex / positæ sunt i oceano meridionali prope occasum. Contra ꝓmontoriū quod hesperuceras uocāt in fine aphricæ Gorgades insulæ narrantur: bidui nauigatione a cōtinente distātes. Vltra has duæ hesperidum insulæ tradunt̃. Nec mauritaniæ insularū certior fama est / ut Plinius refert: paucas tamē constat a Iuba repertas: in quibus purpuram tingere istituit. Vltra eas / fortunatas quasdā alias pleriq; esse dixerūt. In oceano æthiopico Alexandro Regi Clitarchus scripsit esse Renūciatam insulam adeo diuitē / ut equos talētis auri incolæ permutarēt. Alia insula aduersa ęthiopiæ: cuius neq; magnitudo / neq; interuallum a cōtinente cōstat. Aethiopas tantū populos habere prodit̃. Altera

Cernen
Atlantis
Fortunatæ
Gorgades
Hespides
Fortunatæ
Renūciata

distillantibus arboribus odorem miræ suauitatis
Cernen contra sinũ persicũ: Cernen uocant. A rubro mari
nauigantes uersus meridiem / propter ardores nõ
Colũnæ posse ultra quasdã columnas / ita appellanẽ paruæ
insulæ / prouehi.

In oceano indico insulam Solis tradunt semper ru
Solis ĩsula bentem: omniq; animantium generi inaccessam:
quippe illuc ingressos uis intolerabilis æstus cõfe
Taproba stim exanimat. Taprobane grãdis admodum in
ne sula in mari indico / margaritis scatet / & gemmis
omnibus. Ibi septentriones nequaquã aspiciunẽ.
Lucet canopos sidus clarum & amplissimũ. Hoies
corporũ magnitudine alios antecedũt. Viuunt pe
ne ultra humanã fragilitatẽ: auro argentoq; abun
dant. Ante eam mille trecẽtas septuagitaocto insu
las esse prodidit ptolemęus. Iabadiũ insula in eo
Iabadium dem mari feracissima auro abundans. Crisæ & Ar
Crisæ giræ insulæ auro argentoq; foecundę. Tilos insu
Argirę la celeberrima margaritis referta. In ea quęcunq; ar
Tilos bos nasciẽ: nunq̃ caret foliis. Maniolæ ĩsulæ decẽ
Maniolę aduersę Indię extra gãgẽ: in q̄bus nauigia quę cla
uos ferreos habẽt / detinenẽ. Nam lapis herculeus
qui circa ipsas gigniẽ / illa ad se trahit: nec ulterius
p̄gredi sinit. In oceano gaditano circa europam
Erythrea Erythream insulã pulcherrimam contra Bethicam
Dionysius prodidit: in qua Gerione deuicto / eius
Cassiteri armenta Hercules rapuit. Cassiterides ex aduerso
des celtiberię insulas decem esse tradiderunt: a fertilita.

te stãni nomẽ sortitas. Ibernia ꝙ hiberiã ꝑspectat sic dicta: gẽtes habet bello ferocissimas: equos pa rit suauissimo incessu deambulãtes. Thanatos in oceano gallico insula foelix & gleba uberi: in qua nullus ãguis uiuere põt: qn & terra illius quoquo gentium inuecta sit / angues illico perimit. Britan nia quæ nũc Anglia dicitur / insula grandis & fru gifera / pecore abũdãs / auro / argẽto / & ferro / in ter galllicum & germanicũ oceanũ sita est. Orcha des insulę numero. xxx. in oceano britannico pro duntur / angustis iter se ductæ spatiis. Ebudes in sulæ quinq; i eodem mari: quarum incolæ piscibus tantum & lacte uiuunt. Caunos insula proxima Tile. Tile isula oceani septẽtrionalis / ultima a Ro manis cognita: in qua solstitio æstiuo nullas esse noctes Plinius tradit. Scandinauia insula in coda no sinu / incompertæ magnitudinis: quam / ut Pli nius refert / alterum orbem terrarum esse credide runt. Hemodes insulæ septem & ipsæ in Coda no sinu positę / copia rerum foecũdæ. Phanesio rum insulæ oceani septentrionalis: quorum aures / teste Solino / in effusam adeo magnitudinem di latantur: ut totum corpus illis contegant. Bano nia insula in oceano Scytico: in quam / ut Plinius tradit / ueris temporibus electrum fluctibus elicia tur. Balthia quæ & Basilia insula in eodem mari immẽsæ magnitudinis: quam a littore Scytharum tridui nauigatione distare uoluerunt.

Ibernia
Thanatos
Britãnia
Orchades
Ebudes
Caunos
Tile
Scãdina uia
Hemodes
Phanesii
Banonia
Balthia

Taxata

Insulæ in mari scythico Asiæ multæ sunt: sed una maxime uulgata, quæ Taxata appellatur, contra caspium mare: cuius prima pars quæ ad orientem uergit, ob frequentes niues inhabitabilis pdit̃.

DE NAVIGATIONE OCEANI MARIS.

SEd res postulare uidet̃: ut quo tẽpore nauigatus sit oceanus, paucis exponã: ne quisquã nouũ aut inusitatum credat, ꝙ Rex hispaniæ, ut ferunt, indies ad explorãda noua littora naues mittat. Nã tẽporibus Traiani, ut Plinius refert, a gadibus colũnisq; Herculis, hispaniæ & galliarum circuitus totus nauigatus est occidens. Septẽtrionalis uero oceanus maiore ex parte nauigatus est auspiciis diui Augusti germanica classe, & inde ad scythicã plagam. Ab ortu ex indico mari pars tota uergẽs ĩ caspium mare pernauigata est Macedonum armis. Circa caspium quoq; multa oceani littora explorata. Cornelius nepos tradit Quĩto Metello celeri, tum galliarũ ꝓcõsule, quosdã ex india cõmertii causa nauigantes tempestatibus ĩ Germania abreptos. Alio latere Gadiũ ab eodem occidente magna pars meridiani sinus ambitu Mauritaniæ nauigatur hodie. Maiorẽ qdẽ eius partẽ oceani uictorię magni Alexãdri lustrauere usq; in arabicũ sinũ: in quo res gerẽte. C. Cæsare Augusti filio, signa nauiũ ex hispaniensibus naufragiis ferunt̃ agnita. Et Hãno Carthaginis potentia florente circũuectus, a gadibus ad finẽ Arabiæ,

nauigatioẽm eam ſcripto prodidit. Cornelius tradit Eudoxium quendam ſua ætate cum Lathirum Regem fugeret / arabico ſinu egreſſum gades uſq; peruectum. Multoq; ante eum Celius antipater uidiſſe ſe qui nauigaſſet ex hiſpania ĩ æthiopiam cõmertii gratia. Eudoxius Celius

Hactenus orbem terrarum luſtrauimus / inſulaſq; circa terrã. Oceanũ nauigauimus: mirabiles gentium figuras deſcripſimus: uariosq; hoĩum mores / habituſq; uiroſq;: nec ullo loco Antipodũ regionem offendimus. Illos uero qui auſtralis regionis deuexa ſortiti ſũt: nõ Antipodes / ut quidam uoluerũt: ſed obliquos nobis eſſe Macrobius auctor eſt. Reliquum eſt / ut ſedulo inquiramus an poſſibile ſit inferiorẽ habitabilis noſtrę partẽ illos incolere: aduerſaq; pedibus noſtris calcare ueſtigia: quod abſurdum uidetur & ĩpoſſibile. Nam illic / ut Maro cecinit / intempeſta ſilet nox. Semper & obiecta denſantur nocte tenebræ. Cum uero omnium fere mortalium conſenſu / in medio aquarum elemento ſuſpenſa tellus librari dicatur / nõ ne puerilium prope deliramẽtorum eſt / id opinari aut credere: ut inſtar piſcium homines degant in aquis? Nam terram circunfuſam undiq; aquis inter omnes conuenit auctores / græcos / latinos & barbaros: præter eam partem quãm princeps ille Deus qui hunc mundum regit / ad uſum animantium reſeruauit. Eſt enim terra omnis quæ colitur a nobis / parua

Cicero quædã insula / ut Cicero auctor est / circũfusa illo mari quod atlanticum: quod magnũ: quem oceanum appellatis in terris. Et Strabo libro.i. Primã inquit designatiõem repetẽtes dicimus habitabilem nostram circũfluam existentem ab exteriore mari multos sinus admittere. Plinius quoq; libro.ii. Est igitur in toto suo globo tellus medio ambitu præcincta circũfluo mari. Et rursus. Sic maria circũfusa undiq; diuiduo terræ globo partem orbis auferũt nobis. Et Pomponius mela libro.i. Omne igit̃ hoc quicquid est / cui mũdi cęliq; nomẽ indidimus / unũ id est: & uno ambitu se & cuncta cõplectitur. Huic medio terra sublimis cingit̃ undiq; mari oceano: eademq; ĩ duo latera quæ emisperia nominantur / ab oriente diuisa ad occasum.

Strabo

Plinius

Põponius

Verum quoniam ab exterioribus multa iam ad hãc rem collegimus / nõ erit abre nõnihil a sacris afferre litteris: ut undique falsitate obruta / ueritas facilius emergat. Primus autem omnium Moses theologus ille eximius q diuinas leges cõscripsit / pondus soliditatemq; terræ præter naturam suam ĩ medio aquarũ suspẽsam asserit: diuinoq; instituto in locis suis fluctuãtia reuolui maria: & ambitæ circũdare littora terræ. Item Augustinus doctor præclarissimus libro.xvi.de ciuitate dei. Quod uero Antipodes esse fabulant̃ / a contraria parte terræ / ubi sol orit̃ / quãdo occidit nobis / nulla rõne credendum est. Nam & si figura conglobata & rotunda

Moses

Augustĩus

mundus esse dicatur / nõ tamẽ consequens est / ut ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra. Et super genesim. Cum.n.totã terram adhuc aqua tegeret / quia nõdum a mari distincta / & suis erat cincta littoribus: dixit deus: Congregentur aquæ in locum suũ / & appareat arida. Vocauitq; aridam terram. Et Iosephus in primo iudaicæ antiquitatis Tertia uero die statuit terram deus: circa eam mare diffundens. Lactantius firmianus in libro diuinarum institutionum. Princeps & origo rerum oĩum Deus condidit / formauitq; cælum: Solem cum cæteris sideribus induxit: librataq; magnitudine sua terram montibus uallauit: mari circundedit: amnibusq; distinxit. Albertus magnus ĩ tracatu Sphęræ. Aqua uero in omni sui parte rotunditatem habet: & superficiem terræ uelaret / nisi suo imperio ordinasset qui dixit: Cõgregentur aquę in locum suum / & in medio earum appareat arida: ut cũcta in ea saluẽtur animantia. Cum igitur eorum inanis superstitio initium cępetit / quasi malorũ fons Antipodes persuasit: Quorũ opiniones si diligenter inspexeris / a uanis quibusdam fatuisq; coniecturis profectas iuenies. Quemadmodum & Xenophanes falso dixit habitari in Luna / eamq; esse terram multarum urbium & montium. Et Anaxagoras niuem dixit esse nigrã. Sed nihil sentire melius est / q̃ praua sentire: ut in tertio de Academicis auctor est Cicero.

Iosephus

Lactãtius

Albertus magnus

Xenophanes

Anaxagoras

Cicero

IN QVIBVS LOCIS CHRISTVM APOSTOLI PRAEDICARVNT

VT aũt ad extremũ concludam: Cũ deus omnipotens nostros miseratus errores unigenitũ filium pro salute humani generis cęlo demisit ab alto: nõ ad inferiorem habitabilis nostræ partem cõcessit: sed Betleem elegit natiuitati: hierosolymã passioni. Aduenit autẽ Saluator noster Iesus christus/unica & certissima proles Virginis intactæ/magniq; tonantis olympi: ut a caligine & tenebris errorũ ad fulgentissimã ueritatis lucẽ oẽs undiq; gentes euãgelica prædicatione cõuocaret. Ad Antipodes inq̃ nõ accessit: nec quenq̃ ex apostolis ad illos misit: qui nõ in parte una orbis terrarũ: nec apud unã gentem/sed ubiq; euãgeliũ Christi nunciarunt.

Petrus — Nã Petrus apostolorũ princeps & clauiger æthereus pontũ/galatiã/bithiniã/asiã/cappadociã/cæterasq; cõfines ꝓuincias circuisse deprehẽditur. Ad ultimũ secũdo Neronis anno ad expugnandũ Simonẽ Magũ Romã uenit.

Paulus — Paulus uero ab hierosolyma usq; ad illyriũ euangeliũ Christi prædicauit: Tandẽ & ipse ad urbẽ Romã ꝑuenit: ubi pariter cũ apostolo Petro post multa miracula/& res sãctissime gestas/alter cruce/alter ense triũphans æternæ uitæ laureã cõsecuti sũt.

Iacobus — Iacobus qui & iustus cognoiatus est/frater domini/isignis uirtutum merito & uitę priuilegio/primus ecclesię hierosolymitanæ sedem suscepit.

Tadeus — Tadeus ad Aba

garum regẽ ediſſenorum gentis ultra Eufratem po
ſitæ miſſus fuit. In meſopotamia quoq; & ĩ ſupio
ribus ponti euagelizans efferas & indomitas gen
tes mitigauit / & fidei dominicę ſubiugauit. Philip Philippus
pus ĩ Samariam debic ĩ æthiopiam cõceſſit. Simon Simon
cananeus poſtq̃ circũquaq; Chriſti euangeliũ præ
dicauit: demũ poſt martyriũ Iacobi hieroſolymita
nę eccleſiæ epũs ab apoſtolis delectus ẽ. Matthęus Matthæus
ſortitus eſt Aethiopiam. Andreas ſcythiam & Aca Andreas
iam. Ionnaes Aſiam. Bartholomeus Lycaoniam / Ioannes
indiamq; citeriorem. Poſtremo in Armenia maio Bartholo
re uiuens / a barbaris pelle nudatus eſt: ac iuſſu Re meus
gis capite cęſus / martyrio coronatuſ. Mathias oẽm Mathias
iudæam euangelio Chriſti repleuit. Iacobus frater Iacobus
Ioannis apoſtoli in Galilea Chriſtum prædicans Thomas
ab Herode tetrarcha gladio occiſus eſt. Thomas
euãgelium prædicauit Parthis / medis / perſis / birca
nisq; ac bactrianis & indis: perluſtransq; orientalẽ
plagã & interna gentium penetrans / lanceis tranſfi
xus occubuit in India. Marcus ĩ ægyptũ perrexit: Marcus
& primus alexandrię Chriſtum ãnunciauit. Lucas Lucas
medicus anthiocẽſis ſectator apoſtoli Pauli & oĩs
eius pegrinatiõis comes / græca lingua eruditus in
græcia euangeliũ ſcripſit / & Cõſtantinopoli ſepul Barnabas
tus eſt. Barnabas cyprius cum Paulo gentium apo Timo
ſtolus ordinatus eſt. Timotheus apud epheſum: theus
Titus ĩ creta euãgelicæ prædicationis opus perege Titus
runt. Cæteri aũt diſcipuli Saluatoris noſtri ad præ

dicandum uerbum Dei per singulas quasq; orbis terræ puincias dirimuntur. Et ut Vates ille sãctissimus cecinit. In omnem terram exiuit sonus eorum Et in fines orbis terræ uerba eorum.

Conclusio

Cum igit̃ neq; ĩ supiori aut iferiori parte habitabilis nostrę, neq; in insulis tã oceani q̃ mediterranei maris Antipodes inueniãt̃: neq; exploratũ sit qbus regibus aut quibus institutis gubernẽtur: quæ gesta aut monumenta eorum: qui mores: quæ leges: qui habitus: quæ pacis aut belli artes: quis cultus: quæ religio: quę domi uel foris munia: deniq; ꝙ nullus ex discipulis Christi ad illos accessit: Luce clarius constat Antipodes nũq̃ fuisse. Sed nescio quomodo pleriq; errare malunt: eamq; sententiam quã adamauerunt, pugnãtissime defendere: q̃ sine pertinacia quod cõstantissime dicatur exquirere.

FINIS

Zachariæ Lilii Vicentini Canonici Regularis ad Pręstantissimũ Dei Pręconem Matthęũ Bossum Veronensem/concanonicum & patrem optimum de miseria hominis & contemptu mundi liber incipit



CVM MVLTA DIVINITVS A MAioribus Nostris inuenta atque institu ta sunt: tamen nihil præclarius dici potest: q̃ ut se qsq; noscat: & nihil nimiũ cupiat. Ea enĩ præcepta a Chilone lace dæmonio sũmæ auctoritatis philoso pho tradita/in tẽplo Apollinis Delphici litteris aureis consecrata uisuntur. Quæ ut facilius mortales omnis assequi possint/utilissimũ fore existimaui: si de miseria hominis impresentiarum ad te perscriberem. Quantũ igit̃ sit misera/fragilisq; uita hoĩs/aĩalium supbissimi: cuius causa uidet̃ cũcta alia genuisse natura/ipsius origo exitusq; fatent̃. Nudus .n. rebus oĩbus/ĩopsq; nascit̃ ad uagitus statim & ploratum. Infęliciter natũ iacet/mãibus pedibusq; deuĩctis flẽs aĩal cęteris ĩpaturũ & a suppliciis uitã auspicat̃. Heu mortaliũ demẽtia ab iis initiis existimãtiũ ad supbiã se genitos: q scire nihil possũt sine doctrĩa: nõ fari/nõ ĩgredi/nõ uesci/breuiterq; nõ aliud a natura spõte datũ q̃ flere/sũmę ĩter cũcta aĩalia imbecillitatis indiciũ: uni aĩantiũ luctus ẽ datus: uni luxuria: uni ambitio: uni auaritia: uni immensa

Chilon

uiuendi cupido: uni supstitio: uni sepulturæ cura. Nulli pauor confusior. Nulli rerum omnium libido maior. Nulli deniq; uita fragilior: quippe quẽ muscularum morsus sæpe necat: & nõnunquam catellus rabidus / bláda & amica domino suo bestia / ipsum morsu ĩterimit. Plerũq; uero necdũ ĩ lucem editus: causa abortus fiat odor, a lucernarũ extinctu: ac mille modis: nũc ferro: nũc uiclis: nũc fame: uarioq; morborũ genere extĩguit̃: ac ueluti nebula soluit̃: surgẽsq; ĩ aera fumus. Quot clarissimi uiri & magni prĩcipes futuri / ĩ fascia mortui sũt? Quot dulcis uitę exortes & ab ubere raptos Abstulit atra dies: & funere mersit acerbo? O falsa & cæca mortalium spes. Heu quot & quantis malis hęc ipsa uita / si uita dicenda est: plena conspicit̃. Quid amor ipse tot rerũ noxiarũ: ex quo mordaces curæ / perturbationes / moerores / formidies / ĩsana gaudia / discordię / lites / bella / ĩsidiæ / inimicitię: paricidia oppressiones ĩnocẽtiũ. Quis ullo sermone digerit: qs ulla cogitatione cõprehẽdit: quãtus est metus: quãta calamitas a dãnis & deceptionibus hoium: a suspitionibus falsis: a uiolẽtis facinoribus & sceleribus alienis? quando quidem ab eis depredatio & captiuitas / uicula & carceres / exilia & cruciatus / amputatio membrorũ & priuatio sensuũ / fornicationes & adulteria / incesta & stupra / & alia multa horrẽda sæpe contingunt? Quid ab innumeris casibus qui extrinsecus ab homine formidantur / im

bribus/tempestatibus/alluuionibus/tonitru/gran dine/fulmine/motibus/ hiatibusq; terrarũ/ oppressionibus ruinarum/ a tot uenenis fructicũ/ aurarũ/ serpẽtum / ac ferarum? Quæ naufragia patiunt̃ nauigantes? Quæ terrena itinera gradientes? Quis ubicunq; consistit: non iopinatis rerum euentibus subiacet? Quid uidetur sedente securius? De sella in qua sedebat/ cecidit Heli sacerdos maximus / & mortuus est. Morborũ uero tam ĩfinita est multitudo: ut Pherecydes syrus qui prosam orationẽ condere instituit: copia serpentũ ex corpore eius erumpente expirauerit. Quibusdã perpetua febris est: ut. C. Mecenati: cui etiã triennio supremo nullo horæ momento contigit somnus. Cõtra milleformes dęmonum incursus quis ĩnocentia sua fidit? cum etiã paruulos baptizatos: quibus certe nihil est innocentius: aliquãdo sic uexant: ut in eis certe mõstretur huius uitę flenda calamitas: & alterius desiderãda foelicitas. Ipse postremo somnus / qui proprie quietis nomẽ accepit: quis uerbis explicet / sæpe somniorum uisis q̃ sit inquietus: & q̃ magnis licet falsarum rerum terroribus/ quas ita exhibet: & quodãmodo exprimit: ut a ueris eas discernere nequeamus: animã miseram sensusq; perturbet?

Heli

Pherecydes

Mecenas

Est igitur hæc uita corruptibilis / laboribus & amaritudine plena: quã honores efferũt: dolores eiiciũt: escæ inflant: ieiunia macerant: ioci soluũt: tristitiæ cõsumũt: sollicitudo coartat: diuitię iactãt: inopia

ſternit: iuuentus extollit: ſenectus ĩcuruat: infirmi tas frangit: moeror deprimit: & his malis mors fu ribũda ſuccedit / uaniſq; gaudiis ita finem ĩponit / ut cum miſeri mortales eſſe deſierint: nec fuiſſe pu tentur. Quę igitur ĩ uita iocunditas eſſe poteſt: cũ dies & noctes cogitãdum ſit: iam iamq; eſſe moriẽ dum? Incertum itaq; ac fragile eſt hoc munus natu ræ / quod datur nobis. Malignum uero & breue

Morteſ re pẽrinæ

iis etiã quibus lõgo tẽpore uiuere cõtingit. Quid quod multi repentina morte uario euẽtu perierũt: qui ſe diu uiuere credebãt? Gaudio obiere Sopho

Sophocles

Dionyſius

cles poeta / & Dionyſius Siculorũ rex: uterq; accep to tragicæ uictoriæ nuncio. Mater cannenſi pugna filio ĩcolumi uiſo contra falſum nuncium. Pudore

Diodoruſ

Diodorus dialecticæ profeſſor / luſoria quæſtione ad interrogationem Stilponis non protinus diſſo

Duo Cæſa res

luta. Duo Cæſares / prętor & Iulii Cæſaris pater: dũ matutino calciantur. Q. Aemilius Lepidus cum ia

Q. Aemi lius

nuã cubiculi egrederetur limini pollice ĩcuſſo. M. Iuuencus cõſul cum ſacrificaret. Legatus Rhodio

M. Iuuẽcus

rum qui magna cum admiratione ĩ ſenatu cauſam perorauerat: limen curiæ progredi uolẽs / protinus

A. Mãlius

expirauit. A. Manlius Torquatus uir cõſularis cũ placentã in coena appeteret. P. Quĩtus Scapula cũ coenaret. Decimus Saufeius Scriba cum prãderet.

Cor. Gal lus

Cornelius Gallus prætorius: & Q. Heterius eques romanus ĩ Venerea uoluptate ad ſtygiã paludẽ mi ſeram aĩam præmiſerunt. C. Aufidius cum ĩ ſenatũ

iret/offenso pede i comicio. L. Ducius medicus ual la dum mulsi potionē haurit. Ap. Saufeius cū a bal neo reuersus ouum sorberet. Anacreon poeta aci no uue passę. Fabius senator prętor i lactis haustu uno pilo strangulatus occubuit. Plato i nuptiis di scumbens mortuus est. Anacreon Fabius Plato

O uana & fallax mortaliū uita quæ tā pulchra iocu n daq; uidetē. Occulte eni labitē: fallitq; uolatilis ętas.
Languemus medio ut foenū quod cęditur æstu.
Vt rosa pestano languet adempta iugo.
Sub alearū ludo uita nostra decurrit. Nemo igitur ætate florida & corporis uiribus fidat: nemo diui tiis & fortunæ muneribus se efferat: nemo īgēti re rū successu ad nubila caput tollat: tāti certe quisq; perire potuit. Heu miseri mortales quot iopinatis casibus subiacēt: dumq; ad summum claritatis gra dum ascēdere moliunē: uel eis iter pręcidiē: uel i al tum euecti ifoeliciter ruūt. Quis unq̄ foelicior fu turus erat Marcello Octauię filio sororis Augusti: quē poeta clarissimus tantis extulit laudibus?
Marcellus
Egregium forma iuuenē & fulgentibus armis.
Eum Augustus sibi adoptauerat: ac tanti īperii suc cessorē delegerat. Sed heu miserāde puer/ decimo octauo ętatis āno/i ipso iuuētutis flore extīctus ē. Quot īpatores & reges excellētissimi ferro aut ue neno īterfecti sūt? Quot fulmine icti interierūt? Sa ne clarissimorū hoīum grauissimos exitus accepi mus. Nōne/ut historici tradūt/Ninus rex assyriorū Ninus

qui primus finitimis bella intulit: & rudes adhuc ad resistendũ populos / & belli ignaros / terminos usq; libyæ perdomuit: cum urbem oppugnat / quę a se defecerat / ictu sagittę iteriit. Zoroastres bactria

Zoroastes norum rex: quem solum iter hoies risisse eodẽ die quo natus est / accepimus / eundẽq; mũdi pricipia / siderumq; motus diligentissime spectasse: in bello quod aduersus Ninum gerebat / occisus est.

C yrus rex persarum qui asiam & uniuersũ orientem

Cyrus i potestatem redegit / a Thomire regina Scytharũ cum ducentis milibus persarum trucidatus est. Il ludq; memorabile fuit / q neq; nuncius tãtæ cladis superfuit. Caput Cyri i utrem humano sãguine re pletum / coniectum fuit cum hac exprobratione. Sa tia te sanguine iquit / quem semper sitisti.

X erses quoq; rex persarum terror antea gẽtium / qui

Xerses mare classibus / terrã pedestri exercitu operuit: ab Arthabano præfecto eius iterfectus est. Nõ ne Pria

Priamus mum troianorũ regem potẽtissimum legimus san

Hector guine foedantem quos ipse sacrauerat ignes. Hec

Achilles tor & Achilles rei bellicæ gloria isignes / non ne &

Hercules ipsi ferro iterierunt. Hercules omniũ fortissimus / cuius laudes & duros labores Maro elegãtissime cecinit: eidẽ cum Deianira sanguine Centauri tinc tam tunicã dedisset: clade horribili absũptus est.

P ausanias nobilis adolescẽs Philippum Regem ma

Philippus cedonum gladio obtruncat: diemq; foelicem foe

Darius dum luctu funeris facit. Darius rex persarum qui

bellum

bellũ cũ Alexandro magno diu uariante fortuna / magna uirtute gessit: a cognatis occisus uitam pariter cũ persarũ regno finiuit. Alexander macedo / uir supra humanã potẽtiã magnitudine animi præditus / annos tres & trigĩta natus apud Babylonẽ in ipso ætatis ac uictoriarũ flore ueneno extinctus est. Dionysius tyrãnus quem paulo ante nõ Sicilia nõ Italia capiebat / insidiis suorũ ĩterficiẽ. Pyrrhus Rex Epiri paterno genere ab Hercule oriundus cũ impium orbis agitaret: dũ Argos ĩ pelopõneso oppugnat / saxo de muris ictus occidiẽ. Antiochus Rex Syriæ q nimia opũ fiducia bellũ Romanis intulit: uictus & ultra taurũ montẽ relegatus / a sodalibus ĩ cõuiuio occisus est. Mithridates Rex ponti magna ui animi & corporis præditus: qui bellũ cũ Po. Romano p quadragĩta annos magna uirtute gessit: ueneno pariter & ferro absumptus est.

Alexãder

Dionysius

Pyrrhus

Antiochus

Mithridates

Romulũ primũ Romanorũ regũ / q nouę urbis moenia fraterno sanguie foedauit / a Senatu discerptũ putãt. Tullus hostilius tertius Romanorum Rex fulmine ictus cũ regia cõflagrauit. Lucius Tarquinus priscus regno exutus interfectus est. Seruius Tullus ferro occisus est. Tarquinus superbus postremus Romanorũ Rex / regno pulsus cũ summa ignominia reliquũ uitę tẽpus exegit. Marcus Attilius regulus qui primus Romanorũ ducũ in aphricam exercitum traiecit / oppida ducenta & hoium ducenta milia accepit: ad extremũ in arcã ligneam

Romulus

Tullus

Lucius

Seruius

Tarqnus

Regulus

coniectus clauis introrſum adactis / uigiliis ac do
Hānibal lore peremptus eſt. Hānibal poenus dux ferociſſi
mus / ac rerū geſtarū gloria clarus ſumpto ueneno
Craſſus īteriit. Marcus Craſſus tum cū maximis opibus for
tuniſq; florebat: Publio filio interfecto / exercituq;
deleto trans Eufratem: dum parthico inhiat auro:
undecim ſtrage legionum & ipſius capite cū igno
minia & dedecore mulctatus eſt. Aurum enī liqui
dum in eius ore effuſum eſt: ut cuius animus arſe
rat auri cupiditate / eius etiam mortuū & exangue
Cn. Pōm corpus uteretur. An Cn. Pompeium cenſes tribus
peius ſuis conſulatibus / tribus triumphis / maximarum
rerum gloria lętari potuiſſe: cū amiſſo exercitu / in
ſolitudine ægyptiorum trucidatus ſit? Quid uero
Cæſar Cæſarē putamus: qui in Senatu ante Pompei ſimu
lachrum / tot centurionibus ſuis inſpectātibus / a
nobiliſſimis ciuibus / partim etiam a ſe ornatis / in
terfectus ita iaceret: ut ad eius corpus / non modo
amicorū / ſed ne ſeruorū quidem quiſq̄ accederet.
Octauianus Cęſar Auguſtus quem mortales uniuer
Auguſtus ſi nuncupāt foelicē / & ſi ferro uitā nō finiuit: mul
ta tamē infoelicitatis humanę ī eo reperiunt̄ aduer
ſa. Repulſa ī magiſterio equitū: & cōtra uoluntatē
eius prælatus Lepidus. Collegium in triumuiratu
peſſimorū ciuium. Philippenſi prelio quod geſſit
aduerſus Brutum & Caſſium fuga: & triduo ī palu
de latebra ægroti & aqua ſubter cutem fuſa: turgi
da latera: dolor ueſſicæ / quo per urinam calculos

eiiciebat. Naufragia sicula: & alia ibi quoq; in spelunca occultatio. In nauali fuga bis classe uictus naues perdidit: & urgente hostium manu preces Proculeio mortis admotę. Cura perusinę cōtentionis: in qua minimum fuit qn periret concursu militū: ac etiā circa perusinū murū pene interceptus est a manu gladiatorū / quę oppido eruperat. Solicitudo martis actiaci aduersus. M. Antoniū / dalmatici pānoniciq; belli. Ruina pōtis ī dalmatia / qua consauciatus ē crus & utrūq; brachiū. Tot seditiōes militū. Tot ācipites morbi corporis. Marcelli nepotis īmatura mors. Agrippę quē ī filiū adoptauerat / abdicatio. Totiēs petita īsidiis uita. Luctus liberorū Caii & Lucii / quos ī duo deuigīti mēsium spatio amisit ambos. Adulteriū filię & neptis: quas oībus probris cōtaminatas relegauit: abstinuitq; congressu hoīum diu prę pudore: & de necāda filia deliberauit. Inopia stipendii. Vigīti milium seruorum delectus. Rebellio illyrici. Pestilentia urbis. Fames Italiæ. Destinatio expirandi / & quatridui inedia. Variana clades in Germania pene exitiabilis: tribus legionibus cū duce / legatisq; & auxiliis oībus cęsis: qua adeo consternatū ferūt / ut p cōtinuos menses barba capilloq; submisso / caput īterdum foribus illideret / uociferās. Quintili Vare legiones redde. Suspitio ī Fabium / arcanorūq; proditiones. Hinc uxoris & Tiberii cogitationes / suprema eius cura. Tandem herede hostis suæ filio excessit.

Aduersa Augusti Cæsaris

Nulla igitur est solida foelicitas: quam contumelia ulla uitæ rumpit. Nam si uerum facere iudicium uolumus: ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere: mortalium nemo est foelix. Vana mortalitas: uana & imprudés hoium diligétia. O quam multos accepta afflixere imperia. O quam multos diuitiæ perdidere: & ultimis mersere suppliciis. Iure ergo Democritus & Diogenes philosophi sapiétissimi uitę huius miseriam concernentes, limen domus quotiens egrediebātur, alter in risum, alter in fletū protinus soluebantur. Democritus.n.ridebat curas: necnon & gaudia uulgi. Diogenes uero moestus & lachrymans uanos flebat hominum errores, & tot discrimina rerum.

nemo felix.

Democritus ridens
Diogenes lugens.

Tiberius Cæsar qui Augusto successit, ueneno obiit, ut quidā putāt, a Caio dato. Caium Galiculā tribus & trigita uulneribus cōfecerūt. Quidā etiā ferrum per obscena adegerūt. Quītus Claudius Cæsar ueneno excessit. Nero Claudius Cæsar ferro defecit, extétis ac rigétibus oculis usque ad horrorē formidinēque uisentiū. Galbam Sergiū imperatorem.vii. equites ī foro trucidauerunt. Otho Siluius pugione, uno se traiecit ictu: quo exanimatus est. Vitelius Aulus imperator nonus religatis post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, in forū tractus īter magna uerborū ludibria, magnis uulneribus cōfectus est: & inde unco tractus ī tyberim. Domicianus imperator.xii.terribilis cūctis & inuisus: tan

Tiberius
Galicula
Claudius
Nero
Galba
Otho
Vitelius
Domicianus

dem oppressus est amicorũ libertorũq; intimorum cõspiratione / simul & uxoris. Idq; horrẽdũ euenit: ut repẽtina tẽpestate detecto funere semiustũ cadauer discerperẽt canes. Antoninus comodus strãgulatus occubuit. Helius ptinax ĩ palatio occisus est. Iulianus / Antonius caracalla / & Macrinus ĩterfecti sunt. Marcus Aurelius cum matre occisus est. Aurelius Alexander militari tumultu ĩterfectus est. Maximinus ferro uitã finiuit. Gordianus apud Eufratem occisus est. Philippus q primus oĩum ex Romanis impatoribus christianus fuit / Philippũ filiũ suũ cõsortẽ regni facit. Philippus senior Veronæ: Iunior Romæ occidit̃. At ne longius decurrat oratio: Carus fulmĩe ictus ĩteriit. Dioclicianus ueneno excessit. Maximianus galerius se ĩteremit. Maxentius ĩ tyberim submersus est. Valens ab insequentibus hostibus cũ casa ubi latebat / igne consũptus est. Reliqui Impatores Romanorũ usq; ad Carolũ magnum præter paucos ferro omẽs uitam cum regno pariter finierunt.

Antõinus
Helius
Iulianus
Antonius
Macrinus
M. aurelius
Aurelius
Maximĩus
Gordianus
Philippus
senior
Philippus
iunior
Carus
Dioclicíãus
Maximianus
Maxẽtius
Valens

Pauci igit̃ ad inferos sine cæde & sanguĩe descendũt Reges & sicca morte tyrãni. O praua hoĩum solicitudo & futuræ sortis nescia. O uanas mortalium curas: o quantũ est rebus inane. Oĩa quæ sub cælo cõsistunt / uanitatẽ esse dixit sapientissimus Solomon: & nihil aliud mortales habere de omni cura & opere quo sub sole laborãt: præter sudorẽ & animi afflictionẽ. Mors illos infeliciter rapuit: qui

quondam foelices dicti ſunt/pontifices/imperato res/ & reges. Nũc miſeri iacẽt nudi & mendici. Vbi ſunt eorum diuitiæ / ubi gẽmæ / ubi honores / ubi ſceptra / ubi thiaræ & coronæ purpureo diſtinctæ colore? Miſeri profecto ſunt / q̃ in fluxis caduciſq; rebus nimis ſperãt / atq; confidunt. O cæcum mor tale genus. Quid ꝓdeſt tantos nequicq̃ agitare la bores? Omnes ĩ terram reuertimini / & nois ueſtri uix ulla extat memoria. Ecce ſumus puluis : ſumus ecce miſerrima tellus. Et noſtri fugiunt ut leuis au ra dies. Quid prodeſt barbaras ſubdere nationes : & ab eis annuum cẽſum exigere : cum animi ueſtri ad proprium ſemper ſint damnum accenſi? Mors tum aduenit / cum non expectatur : uanaſq; morta lium cogitatiões rumpit. Et quãto nos diutius ui uere delectat / tãto nos ĩfoelices durius ac celerius rapit. Euolant breui ſpatio dies pariter mẽſes & an

Iuuenalis ni. Feſtinat. n. diſcurrere uelox Floſculus anguſtæ miſereq; breuiſſima uitæ Portio. dum bibimus : dũ ſerta / unguenta / puellas Poſcimus : obrepit nõ in tellecta ſenectus. Poſt uarios caſus rerũ uarioſq; la bores Mortales miſeros rapit inclementia mortis. Nõ habemus hic ſtabilem ſedem! ſed nouas inqui rere oportet regiones. O ſapiẽs / aurea / & celebran

Apoſtolus da apoſtoli doctrina. Cõmorandi. n. natura diuer ſorium nobis nõ habitãdi dedit. Peregrinatio eſt uita noſtra. Cũ ambulaueris / demũ redeundũ eſt. Nemo florida ætate cõfiſus longiorẽ ſibi uendicet

uitam. Hoc unũ certe est / quod æque ad iuuenem & ad senẽ ptinet. Nõ citamur inquit Seneca / ex numero annorũ. Adolescẽtes & impubes eadẽ fati necessitas ducit. Nõ enim refert quæ sit hoĩs ætas: sed quæ sit meta. Multos uitam differẽtes mors incerta præuenit. Itaq; omnis dies ultimus iudicandus est. Seneca

Sed age ut quisq; degat ad extremã usq; senectutẽ: illecebrisq; affluat & diuitiis. Quid tandem ꝓdest homini si totius orbis imperium teneat / aĩa uero sua æternis flãmis crucianda damnet? Quid rogo profuit Alexãdro magno: q uniuerso oriente possesso / longe lateq; imperiũ protulit: indiam quoq; uictor penetrauit? Quid Scipioni aphricano / qui uariis cladibus Poenos obtriuit: & Carthaginem Romani imperii æmulam expugnauit? Quid magno Pompeio rerum gestarum gloria claro: q primus ĩ hyrcanum / rubrum / & arabicum mare usq; peruenit: ac per thuris & balsami siluas Romana signa circũtulit? Quid Iulio Cæsari animo & armis inuictissimo: qui Romanum imperium uiribus occupauit? Quid Octauiano Cæsari Augusto: qui rerum sũma potitus / orbis imperium foelicissime tenuit? Quid Platoni uiro ingenii singularis & ꝑpe diuini: q litteras q̃si toto fugientes orbe ꝑsecutus est? Quid Aristoteli philosophorũ prĩcipi inanis philosophiæ gloria? Quid Gorgiæ philosopho leontino: q primus oratoriæ artis ĩuẽtor / a plerisq; Alexãder Scipio Põpeius Cæsar Octauiãus Plato Aristoteles Gorgias

tradit?Quid Demostheni summo apud græcos oratori?Quid deniq; M. Tullio Ciceroni: qui flos decus/& tuba Romani eloquii/ac utriusq; linguæ facundus & peritissimus fuit? Quid cæteris quæ maxima turba est? Quid illis inquam mūdi huius imperia/honores/fasces/diuitię/fama/gloria/illecebrę profuerunt? Nonne apud orcum uaria poenarum genera luūt?Quos Rhadamāthus seuerissimus iudex: imo deus omnipotens castigatq; auditq; dolos: subigitq; fateri. Quæ quis apud superos furto lætatus inani Distulit in seram commissa piacula mortem. Male igitur sibi consulunt: qui non futura/sed transacta perpendunt. Heu nimia fragilitatis humanę ī prosperis rebus obliuio. O certe surdi/nudi/& fragiles/iudicio & cōsilio inopes/ægri omnino & miseri mortales. Heu uaga hominū cupido/& ī fine semper egena. Ad quid tot uanæ curę/cum breuis hora surripiat/quod partum est tempore longo?An non uidetis nec opibus abundantiam: nec regnis potentiam: nec honorem dignitatibus: nec celebritatem gloria: nec lætitiam uoluptatibus posse contingere?Eæ sunt illæ pestes/quæ mortale genus hominū ad oīa facinora in præceps agunt. Sed eniti ad sūmum nemo poterit: nisi quæ sūt ima despexerit. Quisq; s.n. carnis illecebras fuerit amplexus/& cupiditates suas in terrā fixerit: superiora bona cōsequi non poterit. At qui uentura prospectant: exitumq; uniuersorū putāt: facile oīa

contẽnunt: cũ semp cogitẽt se esse morituros. Tritũ siquidẽ & ad oẽs decantatũ est/ uitã nostrã peregrinationẽ quandã esse. Debemus ergo & nos aĩo præmeditari qd aliquãdo futuri sumus: quod uelimus/ nolimus: abesse lõgius nõ potest. Proĩde uerissimam puto illam Platonis sententiam. Omnem sapientis uitam meditationem esse mortis. Hæc est quę altã spernit gloriam: quæ ĩuoluit humile pariter & celsũ caput: ęquatq; sũmis ĩfima. Hęc tãdẽ ut apud Aristotelẽ legimus/ est oĩum terribilissimũ.

Mortem igitur terribilem esse ac perhorrẽdã/ hęc maxime ostentãt. Amor cõnexĩonis animæ & corporis/ dolor ægritudinis/ terror damnationis ęternæ. Anima. n. corpori unita ægre diuellitur: qa ꝓportione mirabili unitã corporis & aĩæ harmoniã dissolui ĩgemiscit/ & plãgit omnis homo. Naturaliter ꝑfecto insitũ est/ ut qsq; effugiat & horrescat separationẽ corporis ab aĩa. Cũ igit̃ affectus iste tam uehemẽs nobis ĩhęreat/ certissime constat: ꝙ nõ sine maxima acerbitate & horrore possũt corpus & aĩa tãto foedere copulata seiungi. Aĩa uero a corpore dissoluta/ breui spatio seq̃t̃ carnis corruptio & corporis putrefatio. Hæc est. n. gloria mortaliũ: putredo & uermes. Hodie extollitur homo: postera die nõ ĩuenieť. Qui. n. paulo ante sedebat gloriosus ĩ throno/ modo iacet uilis ĩ tumulo: q ĩ uita delitiis uescebať/ nũc a uermibus ĩ sepulchro cõsumit̃: qui heri ĩ aula sua clarus astabat/ modo ĩ terra ignomi



niosus iacet. Mors itaq; sola fatetur/ quantula sint hominũ corpuscula. Hereditas hoīs serpẽtes & uermes. Ex cerebro nāq; / ut ferũt / bufo gignit: ex renibus serpentes: ex uẽtre lũbrici: ex carne uermes: ex pelle tineæ. Quid igitur humano cadauere fetidius esse potest? Quid horribilius hoīe mortuo? cuius dũ uiueret: gratissimus erat ãplexus: ĩ morte uero horribilis aspectus. Quid ergo illi prosunt diuitiæ/ qd deliciæ/ quid honores? Diuitię nõ liberabunt a morte: deliciæ a uermibus: honores a putredine & fetore. Negare certe nõ possumus qn mortis angustia fortis sit & magna/ sed lõge maior est timor dãnationis ęternę. O mors horrẽda oīumq; terribilissima: quæ nihil humanũ sinis esse diuturnum. O crudele & inexorabile fatum: q̃ amara est diuitibus memoria tua: q̃ iniocũda ẽ homini opulento pace fruenti substantiis suis. Mors certe terribilis iis est: quorum cum uita omnia extinguntur: non iis quorum laus emori nõ potest. Conscientia enim bene actę uitæ/ multorumq; benefactorum recordatio iocundissimam efficiũt mortem. Verum quid profuit illis/ qui in luxuria turpi & præsentis uitæ uoluptatibus usq; ad diem ultimum permanserũt? Intuere nunc sepulchra eorum/ & uide/ si est aliquod in eis iactantię suæ uestigium: si aliqua diuitiarũ uel luxuriæ signa cognoueris. Require nũc ubi pretiosę uestes & odoramẽta peregrina: ubi & spectaculorũ uoluptas: ubi & secularĩu turbæ & cõ

uiuiorũ cessit opulẽtia. Risus, iocus, & ĩmoderata atq; effrenata lætitia quo abiit? quo abscessit? Accede ꝓpius ad singulorum sepulchra, & diligentius aspice. Vide cineres solos & fetidas uermiũ reliq̃as: & recordare hunc esse corporum finem: etiã si in lętitia & deliciis transegerint uitã. Atq; utinã res oĩs nostra non nisi usq; ad cineres ueniret & uermes. Parua certe uiderent̃ hæc damna. Nunc autẽ cõuerte oculos tuos ab istis cineribus & sepulchris ad illud diuini iudicii tribunal horrendum: ubi fletus & stridor dentium: ubi dẽsissimæ tenebræ: ubi ille consciẽtiæ uermis semper edax: qui nunq̃ morit̃: ubi ignis, qui nunq̃ extinguitur. Hęc diligenti cura mẽte reuoluãt ii, qui terrenis illęcebris, & caducis fluxisq; rebus se penitus dediderunt: & illum gehennę ignẽ his quæ nũc illos exagitãt flammis libidinis & cupiditatis opponãt. Est. n. hoc mirabile medicamẽti genus, ut ignis ignibus extinguatur. Si aũt extĩcti nõ fuerint isti q te nũcĩcitãt: illos tibi ęternos ignes acriores & ĩextĩguibiles reddẽt.

Non ne omne tempus uitę huius quo deliciis frui uidemur & indulgere libidini: quasi noctis unius somnum uidetur ad æternitatis comparationem? Carpimur enĩ ut stipulę rapido carpuntur ab igni. Nec nisi uiuendo somnus & umbra sumus. Apud Hypanim fluuium europæ qui in pontum influit, Aristoteles ait, bestiolas quasdam nasci: quæ unũ diem uiuant. Confer nostram longissimã ætatem

cum æternitate: in eadem propemodum breuitate qua illę bestiolæ reperiemur. Est ergo aliquis tam demẽs effectus: q̃ ut die uno cunctis uoluptatibus & deliciis affluat: æternas subire eligat pęnas? De liciæ quidẽ uelut umbra ꝑtranseunt: ac dãnosę libi dines uelociter fugiunt: poenæ uero perpetuæ ma nent. Nũc ergo cũ possibile sit / paruo tẽpore si con uertamur ad deũ / effugere oĩa illa cruciamẽta poe narũ / & perfrui bonis æternis: quid differimus: q̃d moramur: & diuina largitione nõ utimur? Non ne melius est breui tẽpore dimicare / ferre uallũ / arma sũmere / lassessere sub lorica: & postea gaudere uic torem / q̃ impatiẽtia unius horæ seruire perpetuo? Diuinis euangelium uocibus intonat. Nõ potestis deo seruire & mamonæ. Audet quisquã mẽdacem Christum facere? Veniet / ueniet illa dies: qua tuba declamãs terrorẽ cunctis adiiciet: tũc pauebit terra cũ populis. Lugubris mũdus ĩmugiet: tribus ad tri bũ pectora feriẽt: potẽtissimi reges nudo latere pal pitabũt. Exhibebiť cũ prole sua Venere tũc ignitus Iupiter. Adduceť & cum suis stultus Plato discipu lis. Aristoteli argumẽta nõ ꝓderũt. Falliť quisquis hic uult gaudere cũ sæculo / & postea regnare cum Christo. Quanto.n.in mũdo maior fuit gloria & lætitia / tãto maior apud inferos poena parať. Heu cor lapideum / si ob huius mũdi uana & parua so latia / nõ formidas illũ tam crudelẽ atq; terribilẽ iu dicii diẽ: in quo nõ solũ de grauioribus peccatis

ſed etiam de qualibet cogitatione uana oportebit te domino reddere rationem.

Dolor ægritudinis mortem acerbiſſimã efficit. Nam in morte contingere ſolent uaria morborum genera / & maximi dolores: qui uehemẽter uires corporis opprimunt: ſomnũ auferũt: quietẽ impediunt. animũ grauant / appetitum deſtituũt / ſenſus oẽs perturbãt / memoriam obtundũt / intellectũ obnubilant / adeoq; animã occupant: ut nihil aliud cogitare poſſit q̃ dolores. An non dolor iliũ / ſtomaci moleſtia. Necnõ ardentiſſimę febres mortẽ reddũt amaram pluſq̃ abſinthiũ? Tanta.n. tũc eſt uis doloris: ut homo nequeat reprimere impetus cogitationum. Recte igitur in pſalmo dicitur. Non eſt in morte qui memor ſit dei. Male itaq; ſibi cõſulunt qui in ſeram mortem differunt poenitere. Punitur enĩ hac animaduerſione peccator: ut moriẽs obliuiſcatur ſui: qui dũ uiueret oblitus eſt dei. Sed forte quis dicet. Peccator qui toto tẽpore male uixit: in mortis articulo accepta penitentia / a deo ueniã obtinebit. Heu q̃ uana preſumptio & falſa meditatio. Vix de cẽtum milibus / quorum mala ſemper fuit uita: meretur a deo ueniã unus habere. Vir totus ĩ peccatis genitus & nutritus: q́ nec deũ agnouit: nec audire uoluit: nec ſe peccaſſe cognoſcit: nec q̄d penitẽtia ſit / nouit: totus adhuc illecebris & ſæcularibus deditus negociis: quem angor premit filiorũ / quos deſerit / quẽ infirmitas conterit /

quem dolor diuitiarum & temporaliũ rerum concutit: cum eis nõ posse frui amplius se cernit: quẽ scelerum terrent monumẽta priorum: quem suæ libidines torquent: quem consciẽtiæ stimulãt maleficiorum suorum: quẽ dies noctesq; exanimat metus diuini iudicii & dãnationis æternæ. Quocũq; aspicit/ut furiæ sic sua occurrũt facinora: quę eum suspirare nõ sinũt. Quam acceptã deo accipit poenitentiam? Quã certe nõ acciperet: si adhuc se posse sanari crederet. Sed uere cõcludam: qui dum sanus est/ deum offendere nõ formidat: in morte nõ merebitur diuinam gratiam obtinere. Quæ enim est poenitẽtia: quam solus quis accipit/ cũ se uiuere amplius non posse diffidit? qui si ex ĩfirmitate cõualesceret: peior q̃ prius efficeretur. Hinc præclare scriptum est ab Aurelio Augustino. Siquis ĩ extrema necessitate cõstitutus poenitẽtiam accipere uoluerit: & mox reconciliatus hinc migrat: fateor nulli negandum esse quod petit. Sed utrum hinc securus exit/nescio. Poenitentiam quidẽ dare possumus: securitatem uero nullam. Nec tamen illum damnãdum seu liberandum censeo. Quisquis ergo ab hac dubietate liberari cupit/ poenitẽtiã agat dum sanus est. Nam eo tempore poenitentiã egit: quo peccare potuit. Cum uero aliquem malefactorum poenitet/ quando amplius peccare nõ potest: non propterea delicta deserit? sed illum peccata relinquũt. Cur itaq; miser homo nõ emẽdaris? Quid

S. Augustinus

differs de die in diem conuerti ad dominum? Cur te malorũ iam nõ poenitet? Ecce mors die noctuq; properat, ut te dire rapiat: & ad ĩpia tartara mittat: quæ adeo crudelis est & inexorabilis, ut omnium regũ precibus, ac totius orbis diuitiis & thesauris unius horæ inducias morienti non impartiret.

Stat sua cuiq; dies: breue & irreparabile tempus
Omnibus est uitę. Et apud Iob sanctissimum legimus. Cõstitutos esse omnibus terminos uitę: quos ultra citraq; transgredi nemo possit.

Diuitem quendã accepimus ĩ extremis constitutum corã se afferri præcepisse uasa aurea & argẽtea, pecunia ingẽti referta: quę aĩæ suæ pollicebat̃: si ab ipso nõ discederet: cum uero illũ dolor ægritudinis magis ac magis premeret: ita eum tradunt esse locutũ. Postq̃ morari mecum renuis: ultro te dyabolo trado: moxq; infoelicẽ aĩam ad tartara misit.

Fertur quoq; apud ueteres frãcorũ in monumẽtis traditũ, Regẽ galliæ graui morbo laborãtẽ: & a medicis de ęgritudine diffidẽtibus penitus derelictũ nobilioribus regni sui circũastãtibus dixisse. Ecce q quondam clarissimus & potentissimus eram: auro argẽtoq; ditissimus, nõ possum ĩpręsẽtia, neq; diuitiis, neq; potẽtia, neq; amicorũ precibus extorqre a morte saltẽ unius horę ĩducias. Quid ergo mihi urbes, regiones, ꝓuĩciæ, & totius regni amplitudo ĩ hac ægritudine ꝓdesse potuerũt: quãdoqdẽ neq; opibus aut uiribus ullis mortis fatũ flectere ualeo?

Ille igitur ego qui ĩ palatio meo tot prĩcipes & no
biles uiros sæpenumero hospitatus sũ / nescio mi
ser quo uadã: aut quis me saltem hac nocte hospi
tio suscepturus sit. Vado.n.in regionẽ longissime
remotam / nunq̃ reuersurus. Et hæc dicens astantes
omnes in lachrymas conuertit: & paulo post uita
functus est.

D iscite igitur o miseri / & causas cognoscite rerum.
Quid sumus: & quid nam uicturi gignimur: ordo
Quis datus: aut metæ q̃ mollis flexus: & unde.
Veniant nunc diuites / & mortis irrisores: qui usq;
adeo ĩ suis caducis diuitiis gloriantur: & quadam
suæ fetidæ carnis post breue tẽpus ĩ cinerem reuer
surę / nobilitate / potẽtia / & dignitate uana & leui
extolluntur: ut nunquã mori se putent: nec illos
euidentia quidem indesinenter pereuntium exem
pla deterrent. Vę uobis qui ad cælorũ regna diui
tiarum itinere festinatis: quoniã facilius est came
lum transire per foramen acus q̃ diuitẽ intrare in
regnum cælorum. Vlulate miseri uento instabilis
fortunæ pendentes: qui mundi huius uanis hono
ribus & falsis dignitatibus obcæcati / cum uitæ ue
stræ breuissimæ tela a morte uelut a texẽte aranea
hac nocte forte succidetur: apud iferos fine itermi
nabili præ aliis cruciabimini / cõtinuo moriẽdo ui
uentes. Vos pauperes cõtemnitis / uiduas & pupil
los opprimitis: mercedẽ operarii nõ solũ usq; mane
retinetis / sed forte nunq̃ persoluitis. Huiusmodi
hominum

hominũ uix unus aptus regno dei de mille repit̃.
Quid diues & mortalis famæ aura pastus / aliud
est: q̃ quoddã scelerum uas putridũ? Vbi sup̃bia?
Vbi luxuria? Vbi auaritia? Nõ ne ĩ diuitibus / nobi
libus / & potentibus? An nõ latrones sunt: q̃ labo
res pauperũ uiolẽter auferũt: & eos deprimũt: ac fa
me perire cogunt? Certe superfluitatẽ uestimento
rum de pauperũ frigore & nuditate fecerũt. Erigen
tes insup de labore & sudore inopũ palatia & ma
gna ædificia: ut humanis oculis aspiciant̃ / paupe
ribus & mẽdicis interim fame pereuntibus. Conui
uia frequenter diuitibus parãt: & delicatis ferculis
uẽtris ingluuiem replent / a miserorũ egestate ocu
los auertentes. Qui nec deum nisi somniando co
gnoscunt: nec se / ut puto / morituros arbitrãtur.
Cur ii miseri ad ecclesiam properant: an ut diuinis
intersint mysteriis: an ut mulierũ uultus aspiciant?
Hæc sua est meditatio: hæc prędicatio: sic diuinam
percontant̃ legẽ: ut terras mareq; peragrantes / cre
bris uigiliis & meditatiõibus pecunias sibi & filiis
cõgregent: & certatim uestimenta mira artificii ua
rietate frequẽter mutent: quinetiam ludos / coreas
hastiludia / procationes / ebrietates / magna conui
uia / fercula delicata suis alternatim exhibeant so
dalibus: mulieres ad suam uoluptatẽ explendã co
piose habeant. Sed uę miseri q̃ corpus ante tẽpus
destruitis / & aiam iterficitis. Vnde infirmitates &
mors intempestiua: nisi ex nimia ciborum copia &

frequẽti mulierũ usu? Gaudete, iocũdamini, & lętamini ĩ hoc breuissimo tẽporis spatio: ut postmodum cũ dyabolo sine fine lugeatis. Properate: epulamini: inebriamini. Nã ea post mortẽ agere nõ poteritis: sed cũ diuite opũ tãtarũ domio, qui quotidie epulabat̃ splẽdide, in flammis æternis, gutta aquæ uobis anxiæ postulãtibus denegabit̃. Agite solatia: uestris ĩ luxuriis explete uoluptates. Seminate ĩ corruptione: ut de corruptione colligatis diuinã tremendãq; sniam. Quid uobis ĩ morte prodesse poterũt opes & pecuniæ uestræ? qd tecta magnifica? qd impia? qd uoluptates: quibus maxime astricti estis? quasq; summũ bonũ esse accurate defenditis. Quæ mihi uox pecudũ uidet̃ esse, nõ hominũ. Cũ.n. deus rerũ oium cõditor dederit uobis aiam: qua nihil præstantius neq; diuinius esse potest: sic uos abiicitis, atq; psternitis: ut nihil inter uos atq; quadrupedes putetis interesse. Nõ est igit̃ uoluptas quæ plurimorum patrociniis defendit̃, in bonis rebus habẽda: eaq; quo est maior, eo magis mẽtẽ ex sua sede & statu dimouet. Nõ opes, nõ potẽtia: quę defũctũ nõ comitãt̃, nec fęlicitatẽ uobis afferre possũt. Si uere itaq; diuites esse cupitis, ueras diuitias amate! qbus sũmã æternãq; fęlicitatem asseq poteritis. Sũma uero humanæ mẽtis fęlicitas Deus est! quo remoto, omia erroribus plena sũt. Nunq̃ lætus ẽe poterit: nũq̃ animi pace fruet̃: qsqs aliud pręter deũ quęrit. Deserat̃ uia pditiõis

& fraudis: in q̃ mors uoluptatis illecebris adoper ta cęlat̃. Nemo diuitiis / nemo fascibus / nemo etiã regia potestate cõfidat. Liberet se quisq; a peccatis dum licet / dum facultas adest. Nam apud inferos quo properamus / nullum poterimus bonum ope rari / neq; ullam consequi mercedem.

O si Alexãdro illi magno omipotẽs daret ad supos puenire / nõ amplius mũdũ armis lacesseret / nõ ur bes / nõ regna expugnaret / nõ populos & natiões subdere moliret̃: nõ indiam uictor penetraret: sed missis iglorius armis / uiliq; pallio idutus / crebris ieiuniis carnẽ domaret / uigiliis / algore / calore se prorsus afficeret: cõtinuis lachrymis & oratiõibus Deũ summũ maximũq; exoraret: ab oĩbus sui cor poris uenis purpureum sanguinem funderet / ut illos cruciatus æternos & gehẽnæ flammas euitare posset. Alexãder

Si. C. Cęsari superũ rector atq; iferũ cõcederet ad uitã redire / nõ rursus gallia & germania illũ ifestũ uide rẽt: nõ rursus Emathia ifęlix cognatas cerneret aci es: populũq; potẽtẽ: In sua uictrici cõuersũ uiscera dextra. Non amplius Cęsar bella gereret nullos ha bitura triumphos: nec cum uictore exercitu ægyp tum peteret: ut ad se Põpei caput deferret̃: sed nu do pęde / lugubriq; ueste / ac barba capilloq; sub misso / ægypti deserta lustraret / specus oẽs inuise ret: ubi quondam Paulus heremitarũ priceps / Hila rion / & Antonius sanctissimi monachi degebant: Cæsar

ibiq; summa inedia corpus afficeret: cetere solũ & aqua cõtentus: ardẽtissimis lachrymis ora pfunderet: supplicesq; tẽdẽs ad sidera palmas deũ gemitibus exoraret / ut horrẽdos tartari cruciatus / terribilesq; dęmonũ facies / ac tortorũ manus effugeret.

Libet nunc eos ĩterrogare q marmoreis tectis ebore auroq; fulgẽtibus: q signis: q tabulis: q cęlato auro & agẽto: qui corinthiis opibus abundãt: utrum Antiochi regũ syrię ditissimi: an Pauli heremitæ superius memorati: q nihil habuerit horũ / nihilq; habere uoluit / se similes malint. Illi tunicas auro textas: Paulus uilissimum habuit indumentum. Sed econtrario illi paupculo paradisus patet: hos auratos gehẽna suscipiet. Ille Christi uestẽ licet nudus seruauit: hi uestiti sericis indumentũ Christi pdiderunt. Paulus uilissimo puluere opertus iacet / resurrecturus ĩ gloria: hos operosa marmore sepulchra premũt cũ suis opibus arsuros. Parcite quæso / parcite diuitiis / quas amatis. Cur & mortuos uestros auratis obuoluitis uestibus? Cur ambitio ĩter luctus lachrymasq; nõ cessat? An cadauera diuitũ nisi ĩ serico putrescere nesciũt? Mihi si dominus optionem daret / multo magis eligerẽ tunicã Pauli cum meritis eius: q̃ regũ purpuras cũ regnis suis. Nam uirtutes & merita æterna manent / claraq; habent̃: regna uero & diuitiæ breui dilabunt̃.

Vbi quondã gloriosũ regnũ assyriorũ? q annis mille trecẽtis imperiũ tenuerũt? Vbi Medorũ imperium:

qui deuictis Assyriis annis.cccl.dominati sunt? Medi
Vbi Persarũ imperiũ potẽtissimũ:q Medos regno Persæ
expulerunt: & ipsi nõ multo post a Gręcis subacti
sũt? Vbi & ipsi græci a Romanis deuicti? Vbi excel Græci
sum Octauiani ĩperiũ? Vbi Cæsaris gloriosi trium Cæsar
phi? Vbi Alexãdri macedonis gloria? Vbi Pirrhi rẽ Alexãder
gis epirotharũ magna expectatio? Vbi Darii psarũ Darius
regis põpa? Vbi diuitiæ Antiochi regis Syriæ? Vbi Antiochus
egregię uirtutes Epaminũdę? Vbi maxĩa Babylon? Epaminun
Vbi Carthago potẽtissima? Vbi Ilion ciuitas super das
ba? Vbi Thebæ urbs bellicosissima? Vbi Athenæ li Babylon
beraliũ studiorũ mater? Vbi tãdẽ est Roma trium Carthago
phans? Vbi cætera regna? Nõne oĩa breui extincta
sunt? Nulla igĩ regni potentia: nulla uis auri & ar
genti pluris q̃ uirtutis extimanda est.

Terror dãnationis æternæ mortẽ maxime terribilem ostẽdit: ingẽtẽq; morienti affert terrorẽ. Circũstant enĩ dæmones / terribiles uisu formæ / acriter insistẽtes: ac miseros hoĩes ĩ desperationis foueã præcipites dare moliunĩ: ut ad inferos rapiant æternũ cruciandos. Nã / ut diuus refert Bernardus / Hostium nostrũ maligni spũs obsident: & exitũ nostrũ illæ horrendæ effigies prestolanĩ. Mors enĩ peccatorũ pessima: ubi uita nõ subuenit. Formido exire / & in ipso portus ingressu cõtremisco: dũ nõ cõfido ꝓpe accedere: nec aliquẽ uideo q excipiat exeuntẽ: Et si deus ipse exitũ meũ nõ custodiat / heu miser ero ludibriũ dęmonũ ĩtercipiẽtiũ me. Sic cõtigisse refert Bernardus

Gregorius Crisaurus beatus Gregorius cuidam Chrisauro ualde diuiti: q nō minus uiciis plenus erat / q̄ diuitiis: superbia tumidus / carnis uoluptatibus deditus / ī acquirendis rebus auaritiæ facibus accēsus. Is ad extremū ueniēs / uidit tetros & nigerrimos spūs corā se assistere / ut ad inferos illū raperēt: cępit tremere / palescere / sudare / magnisq; uocibus inducias petere: ac filiū suū monachū noīe Maximū / ingēti clamore uocare / dicēs. Maxime fili curre: in fide tua me suscipe. Turbatus Maximus / protinus adfuit / lugens. Sed Chrisaurus pauore tetræ eorū imaginis huc illucq; ī lectulo uertebat̄: quocūq; se latere uoluebat: aspectū eorū ferre nō poterat. Cumq; nimis astrictus relaxari se iam posse diffideret / cępit magnis uocibus clamare. Inducias usq; mane / inducias usq; mane. Et dū sic clamaret / misera aīa a malignis spiritibus de habitaculo carnis euulsa est.

Caueant igit̄ oēs / ne ad cociti stagna deferant̄ / stygiāq; paludē: Cerberus ubi ingēs latratu regna trifauci Personat. Et ubi circūstant aīę dextra leuaq; frequētes: Matres atq; uiri / defūctaq; corpora uita Magnanimū heroū: pueri īnuptæq; puellæ. Vbi gemitus cōtinuus / eiulatus assiduus / cruciatus æternus / dolor sūmus / frigus ītolerabile / ignis īextinguibilis. Turbidus ubi cęno uastaq; uoragine gurges Aestuat. Vbi uermes īmortales / fetor īmēsus / tenebrę dēsissimę / flagella cędētiū / terribilis uisio dęmonū: multaq; præterea uaria mōstra ferarū: Et

centum geminus briareus/ac bellua lernæ Horren
dum strides / flāmisq; armata chymera: ac terribili
squalore Charon. Vbi cōfusio dānatorū / despatio
oium bonorū / stridor dētium / lachrymæ amarissi
mę. Vbi nullus est honor seruorū ad dnōs / nec do
mini supra seruos. Vbi parētes nō diligūt filios: nec
filii parētes honorāt. Impositiq; rogis iuuenes āte
ora parētū. Et q̄uis ibi sint tenebræ exteriores / mi
ro tamē iudicii ordine quos iordinate reprobi di
lexerūt: secum in tormentis uidebunt: ut uisio illa
poenam proprie punitionis exaggeret.

Supremus āt & maximus dolor / quo aīa uehemētis
sime cruciat̄ & angit̄ / priuatio ē sūmi boni & diui
næ uisiōis. Nunq̄. n. post illud extremū horrēdūq;
iudiciū dānati deū uidebūt. Nunq̄ faciē rerū oium
principis cernere poterūt / sed crudeles & sensibiles
pęnas dabūt: quibus aię pariter & corpora crucia
buntur: nec mori poterunt: quos ideo sibi deputa
tos ignis inextiguibilis nō extiguit: ut pmanēte ui
ta / pęna pmaneat: & ad dolēdū magis / q̄ ad uidē
dū æternis uiculis cōpeditos habeat / quos i flam
mis uiuacibus imortalitas secūdæ mortis occidat.
Proinde oēs q dicunt̄ in gehēna occidi / non ideo
cū eis agit̄ / ut maximis cōsūpti doloribus aliquā
do deficiāt / sed ut i pęnis ęternū crucient̄ & uiuāt.
De qbus Gregorius scribit. Aīa psoluit i tormētis Gregorius
quæ illicite seruauit desideria: & flāmis ultricibus
tradita sēp morit̄: qa semp i morte seruat̄. Neq;. n.

morte cõsumit. Nã si uita morientis cõsumeret: cũ uita etiã poena finiret. Sed ut sine fine cruciet: etiã sine fine uiuere cõpellit: ut cuius uita hic mortua fuit ĩ culpa: illic mors eius sẽp uiuat ĩ pęna. Cruciat ergo & nõ extinguit: morit & uiuit: deficit & sub sistit: finit sẽp/ & sine fine manet. Potẽtes uero po tenter tormẽta patient: & fortioribus fortior ĩstat cruciatus. Et quãtũ quisq; exaltauit se/ & ĩ deliciis maioribus fuit: tantũ illi maiora tormẽta debẽtur.

T imeãt igit mortales oẽs inferni tormẽta: ubi edax flãma nocentũ aĩas deuorat. Vbi dracones blasfe mãtiũ labia comedũt. Vbi serpẽtes diris morsibus damnatorum pectora crudeliter depascũt: ora/ ma nusq; ambas/ populataq; tẽpora raptis Auribus: & trũcas inhonesto uulnere nares. Vbi ululatus & ge mitus sonãt/ & clamor cõfusus: quẽ uis tormẽtorũ exagitat: & incẽdii ardor extorquet. Vbi audiunt uoces/ uagitus & ingẽs: nocẽtũq; animæ flẽtes. Et hæc tormẽtorũ poena nullo termino finit: nullo fi ne claudit: sed flãmarũ atrociũ exustiõe cõsumit: & ad rediuiua incẽdia iterũ q̃ adustus fuerit/ repa ratur. Ipse enĩ poenarũ dolor & cruciatus / qui uitæ huius amatoribus dat: cũ sit uehemẽtior tormẽtis uniuersis/ nunq̃ finiẽdus illos aggredit: sed acrius q̃ ĩchoauerat sæuit: & nullus sæuiẽti terminus: nul lus omnino finis occurrit: sed habet secũ uniuersa supplicia & tormẽtorũ genera. Subinde renouatur ut sæuiat: augmentatur/ ut inflãmet & urat.

Sontes itaq; qui ad impia tartara missi sunt / uariis ur gent̃ poenis: Quarũ nõnullæ ad aiam maxie perti nent. Vltrices curæ: cõscientiæ uidelicet quæ semp puniũt nocẽtes: hoc est / uermis ille edax cõsciẽtiæ q nunq̃ morit̃: sed miserã aiam mordet ubiq;: ęter nũq; mordebit. Vehemẽtia doloris flagitiorũ & cri minis acti. Cõfusio pudoris. Rabies odii / & discor dia demẽs. Tediũ uitę. Desideriũ mortis. Cõsortiũ dęmonũ. Iræ. Tristitiæ. Inuidentia. Rõnis cõfusio. Desparatio. Blasfemia / & timoris pturbatio. Nã flam mis & suppliciis inferorũ traditi / ubi umbra mor tis & sempiternus horror inhabitat / dolorẽ maxi mũ i aio sentiũt: & doloris angustia pulsati / semp nouo pauore feriunt̃: ut & quod timẽt / tolerẽt: & rursus quod tolerant / sine cessatione ptimescãt. Et ut Gregorius i moralibus refert. Damnatus quisq; foris flãma succẽdit̃: intus cæcitatis igne deuorat̃: atq; i dolore positus exterius interiusq; cõfundit̃: ut sua deterius cõfusione crucietur. Gregorius

Ad corpus uero maxime spectãt fumi caligo & tene brarũ obscuritas. Fetoris imensitas. Procellę terribi les. Metus ingens. Male suada fames / ac turpis ege stas: Aridaq; ora siti: letũq; labosq;. Tum cõsangui neus leti sopor: & mala mẽtis Gaudia: mortiferũq; aduerso i limine bellum. Põdera grauia. Gemitus acerbi. Sęua uerbera: tũ stridor ferri: tractęq; catenę morsus imanis hydrę qnq̃gita atris hiatibus. Vipę crinibus inexę. Vlulatus & dolores: ac pallẽtes mor

bi: tristisq; senectus. Et iprimis Ardoris & algoris uehemétia. Ná a calore & flámis ardétissimis transferrent noxii ad aquas frigidissimas / niue glacieq; refertas. Horrédo igit modo erit tunc reprobis dolor cũ formidine: flãma cũ obscuritate. Et supplicia ultra uires tolerabũt: eritq; illis mors sine morte: finis sine fine: defectus sine defectióe: qa & mors uiuit: & finis semp incipit: & deficere defectus nescit.

Q uã sint acerbæ iferorũ penæ: ex hoc facile pcipi põt Siqs. n. ad hãc penã ppetuo sustinẽdã addictus eẽt ut in pupilla oculi ferrũ igne succẽsum infixũ teneret: cruciatus immanitatem toto corpore sentiret: adeo ut illã pati nõ posset: eligeretq; potius mori q̃ tali torméto sẽp cruciari. Si tãta igit erit doloris uehemẽtia unico torméto: qd i tãta suppliciorũ uarietate / quæ simul cõcurrent i reprobis & dãnatis?

Homerus — Iure igit Homerus poeta clarissimus Achillis aiam itroducit dicẽtem / Libẽtius se apud superos cũcta aduersa tolerare / q̃ apud inferos imperare. Hinc

Virgilius — apud Maronẽ legimus: quã uellent æthere i alto / Nunc & pauperiem / & duros perferre labores Fata obstãt: tristiq; palus inabilis unda Alligat.

L ugebũt miseri / & lachrymas fundẽt amarissimas. Sed frustra flebũt: qa scelerũ suorũ ueniã nõ consequentur: immo diris flagellis attriti & gladio cæsi: radiisq; rotarũ districti poenas dabunt. Et ut sacer

Anselmus — scribit Anselmus. Impii i inferno tãto poenarũ premen põdere / ut nec pedẽ uel manũ / uel aliud cor

poris mẽbrũ possint mouere. Sic ĩbecilles erunt: ut nec uermẽ possint a ꝓpriis oculis amouere. Ad oĩa quę noluerit ĩpius cogeꝛ: & ab oĩbus quæ uolue rit/ ꝓhibebiꝛ. In tãta discordia ꝑsistẽt: ut eorũ cor pora & aĩę sẽp dissideãt. Reprobi itaq; tormẽtorũ acerbitate ĩmẽsa penitus absorti/ tãtũ ĩ poenis tole rabũt dolorẽ: ut nil cogitare ualeãt præter poenã. Illuc totus ferreꝛ ĩpetus cogitationis/ ubi senserint uim doloris. Desiderabũt mortẽ/ & mori non pote runt. Ideo exclamans Augustinus dicit. O mors q̃ dulcis esses ac ꝑiocũda his/ q dũ uiuerẽt/ tã amara fuisti. Te solã desiderabũt qui te solã uehementer oderũt. Et ut Gregorius refert. Voluissent ĩpii sine fine uiuere/ ut possent sine fine peccare. Ad magnã ergo iudicãtis iustitiã ꝑtinet / ut nũq̃ careãt suppli cio: qui ĩ hac uita nunq̃ uoluerũt carere peccato. Iu re itaq; exclusi a patria paradisi / igne ĩextinguibili ꝑpetuo cruciãꝛ. Nã /ut Diuus refert Augustinus/ Omnipotẽs deus futurorũ præscius/ a prima mũdi origine gehẽnæ ignẽ creauit igni nostro cõtrariũ: adeo ut semel accẽsus nunq̃ extinguatur. Nec stu dio humano accẽdiꝛ: nec lignis nutriꝛ: successione nõ indiget/ ardore nõ caret/ cõsũptionẽ nõ habet.

Quis igitur/ ut Gregorius scribit/ nõ horreat semper igne cremari: nec unquã mori posse: semper fumũ teterrimum sustinere: & nũquã lucem uidere; sem per durissime & acerrime flagellari: erumna affici/ opprobriis & cædibus uexari: & derideri / afflicta

ri/impleri fetoribus/torqueri cũ dęmonibus/& nul
lum inuenire solatium/ nullum consilium/nullam
spem euadendi? Vbi semper miseros circũdant do
lores mortis. Vbi omnimoda desolatio/& despera
tio/& ex desperatione odiũ sui & dei/& blasfemię
nefandissimæ: quibus maledicunt diem/ qua nati
sunt: & qui eos genuere parentes. Tunc uidebunt
miseri mortales ꝙ pro uili & fluxa delectatiõe pec
candi/acerbissima patiuntur supplicia: pro suauita
te uoluptatis exiguę diuturno dolore puniuntur:
& pro affectu terrenarum rerum ęterna bona perdi
derunt: æternoq; igne cruciantur: qui modica bre
uiq; poenitentia ista promereri / & illa euadere po
tuerunt.

V bi nunc o diues sunt cælaria tua/tãta uini diuersita
te referta? Vbi sunt horrea/tãta frumẽti abundãtia
cumulata? Vbi dapes & fercula delicata? Vbi uaria
& pretiosa uestimentorũ genera? Vbi bissus & pur
pura? Vbi tecta marmorea? Vbi uasa auri argentiq;
cælata? Vbi falsę diuitię? Vbi honores/potẽtia/glo
ria/uoluptates? Tu quõdam Lazaro mẽdico panis
micam negasti: & ab eo ĩ inferno sepultus tãtopere
guttã aquæ petiisti. Nõ te purpura defendit a frigo
re. Nõ te bissus ab ardore tuetur. Nõ te opes & uo
luptates a diris protegũt suppliciis & flagellis.

H eu cõditio hũanæ naturæ & flẽda calamitas. Quis
nõ insanire uidetur/dum initium & originẽ suã se
dulo cogitat: progressum cõsiderat: finẽ atq; exitũ

aĩo reuoluit? Quis tãta facundia exupat / ut infe
rorũ poenas enumeret? quãdoqdẽ ut clarissimi ua
tis testimonio cõstat: Nõ mihi si linguæ centũ sint /
oraq; centũ / Ferrea uox / oẽs scelerũ cõprehẽdere
formas: Oĩa poenarũ pcurrere nomina possem.
Quid igiẽ nos delectat inter dęmonũ laqueos / ho
minũ gladios / carnis motus illicitos habitare? Vbi
quotidie mũdus labiẽ / reatus augetur / uirtus mi
nuiẽ / corpus multis pęnis & tãdẽ mortis labore cõ
ficiẽ. Ruinã indies minaẽ domicilium corporis / in
quo uiuimus. Periculosũ est mũdi pelagus / ĩ quo
nauigamus. Vitiosũ est qcqd terrenũ diligimus.
Nauigãtibus. n. nobis p hoc mare magnum & spa
tiosũ / in quo diuersa sunt genera inimicorũ: ualde
ptimescẽdũ ẽ / ne nauẽ nostrã aut pcella tẽpestatis
arripiat: aut fluctus absorbeat: aut in æternã prædã
pirata crudelis abducat. Cõgrediamur itaq; cũ ho
ste fortiter: ut uictores prostrato aduersario trium
phum pręmiũq; uirtutis ab impatore nostro conse
quamur. Intẽdamus iustitiæ: quæ nos insepabilis
comes ad deũ sola perducet. Et dũ spiritus hos re
get artus: ĩfatigabilẽ militiã deo militemus: statio
nes / uigiliasq; celebremus. Operã demus uniuersi:
ut nos q̃primũ ad rectã uiam dirigamus: & suscep
tis opatisq; uirtutibus: subtractisq; his labiibus ter
ræ pficiscamur ad illũ æqssimũ iudicẽ / parẽtẽq; in
dulgentissimũ: q pro laboribus requiẽ: pro morte
uitã: pro tenebris claritatem: pro terrenis ac breui

bus bonis æterna ac cæleſtia largiatur.

C onténamus opes & auaritiá: quia nihil eſt tá angu ſti animi / tâq; praui / q̃ amare diuitias. Nihil hone ſtius magnificétiuſq; / q̃ pecuniá conténere. Auari tia ſiquidé ut clariſſimus refert hiſtoricus / pecuniç ſtudiú habet: quá nemo ſapiés cócupiuit. Ea quaſi materies oîum malorú / uenenis malis imbuta / cor pus animúq; uirilé effeminat: ſemp îfinita îſatiabi lis eſt: neq; copia / neq; inopia minuitur. Igit̃ ex di uitiis iuuétuté luxuria atq; auaritia cú ſupbia inua ſere. Rapere / cóſumere / ſua paruipendere / aliena cu pere / pudoré / pudicitiá / diuina atq; humana promi ſcua / nihil penſi atq; moderati habere. O præclara opum mortaliú beatitudo: quá cú adeptus fueris / ſecurus eſſe deſiſtis. Et niſi diuitias î terris ad pieta tem liberalitatéq; cótuleris: illas neq; in terris / neq; in cælo poſſidebis. Quçramus itaq; ueras diuitias quas nec fures eripe / nec tineæ demoliri poſſút. Ca uéda eſt etiá gloriç cupiditaſ. Eripit. n. liberalitaté: qua magnanimis uiris nihil præſtátius eſſe debet.

A biciendæ ſunt corporis uoluptates: quæ auferút a nobis téperantiæ locú: nec in uoluptatis regno uir tus aliqua cóſiſtere poteſt. Nulla nobis capitalior peſtis. Atq nullú eſt ſcelus / nullú magnú facinus: ad quod ſuſcipiédú nó libido uoluptatis îpellat. Cúq; homini deus nihil méte prçſtabilius dederit: huic diuino muneri ac dono nihil tam extat inimi cum / q̃ uoluptas: quam diuinus Plato eſcam ma

lorum appellat: q ea homies capiant̃ / ut hamo pi
sces. Istæ sunt generis humani certissimæ pestes!
quæ mentes hoium exagitãt: mortalesq; ois præci
pites agunt. Ea ciuitas id regnũ æterno ĩ gradu fa
cile steterit: ubi minimũ uirium superbia / luxuria /
atq; auaritia sibi uendicauerint. Proinde si sapiẽtes
si beati esse cupimus: si inferorũ poenas euadere: si
æterna pręmia consequi uolumus / contẽnamus il
lecebras / potẽtiã / atq; diuitias: soli uirtuti inhęrea
mus. Nõ enĩ beatũ faciunt uiciosæ ac mortiferæ uo
luptates: nõ opulẽtia libidinũ incitatrix: nõ inanis
ambitio: non caduci honores! quibus illaqueatus
aĩus humanus & corpori mãcipatus æterna morte
dãnat̃. Sed sola ĩnocentia / sola iustitia: cuius legiti
ma & digna merces est ĩmortalitas: quam statuit a
pĩcipio Deus optimus maximus sãctis & ĩcorrup
tis mẽtibus! quæ se a uiciis & ab omni labe terrena
integras / ĩuiolatasq; cõseruãt. Sic igit̃ uiuere nita
mur / ut nos frustra natos nõ extimemus: & ex ui
ta ista discedamus tanq̃ ex hospitio / non tanq̃ ex
domo. Ita mores actusq; nrõs rõni subdamus: ita
Deum semper pura / ĩtegra / ĩcorrupta & mente &
uoce ueneremur / ut nos ad illud beatorũ conciliũ
coetumq; uehat: & deuenire faciat locos lætos &
amęna uireta Fortunatorũ nemorũ sedesq; beatas:
ubi cũ sanctis omnibus sempiterno æuo fruamur.

FINIS

Ex auctoribus eccleſiaſticis.

Euangelio
Paulo apoſtolo
Propheta Dauid
Iob
Solomone
Ambroſio
Hieronymo
Auguſtino
Gregorio
Ioanne chriſoſtomo
Anſelmo
Hiſtoria ſcī Sebaſtianī
Lactantio
Bernardo
Thoma aquinate

Ex auctoribus gentilium.

Ariſtotele
Platone
Chilone philoſopho
Tullio
Saluſtio
Virgilio
Ouidio
Lucano
Iuuenale
Perſio
Suetonio
Plinio
Iuſtino
Valerio maximo
Seneca
Q. Curtio
Boetio
Petrarcha.

Zacharias Lilius Vicentinus Domino
Ioannidonato Canonico Vicentino
Salutem in Domino

VM Sæpe & diligēter animo cogitarem res omēs mundi huius uanas esse / fallaces / & caducas: quæ uelut umbra prætereunt / ac soluūtur uti nebula / surgēsq; ī aera fumus: & quæ post mortem acerbissimas penas apud inferos no xiis parantur: ad religiosæ uitę ocium me transfer re constitui: ut fauēte Deo / ab æternis suppliciis / igneq; inextinguibili animam eriperem. Ad id fa ciūdum magnopere me hortatus est Diuus Hiero nymus: qui propter cælorū regna romam egressus domum / parētes / cognatos dereliquit: ęgyptiq; de serta ita lætus accinctusq; accessit: ut uolasse eū ma gis q̃ measse crederes: horrida se specu retrudēs ti more gehennæ infernalis: ait enim. Ille igitur ego qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse dāna ueram: scorpionum tātum socius eram atq; ferarū. Auxit præterea & sūmopere firmauit propositum meum mors Innocentii pontificis maximi: ad quē uisendum cum ante solis ortum ad basilicam bea ti Petri apostoli me cōtulissem: inueni iam corpus eius humi conditum: nec alium ibi offendi præter fabrum murarium: qui depositum eius īcoeperat: & quatuor ignobiles uiros: qui tanta celeritate su

pra illud cadauer terrã & saxa deferebãt: ac si unus
esset qui publico facinore horrenda morte damna
tus fuisset. Neq; ibi aderat saltem uetula una: quæ
pro anima illius æterno deo preces funderet. Non
ibi de more ceræ accensę: nõ clerici aut religiosi fu
nera persoluebãt. Tũc sane obstupuit cor meum:
sensus omnes obriguerunt: sicq; mecum ipse locu
tus sum. O papa stupor mundi: O Innocenti ponti
fex maxime: qui quõdam foelicissimus eras: Vbi
nunc superbum palatium tuum: quod ĩ uinea seu
uiridario tam magnifice extructum erat? Vbi sunt
aulæ quiq; aureæ/ miraq; pictura decoratę: quas in
atrio tuo eximie condidisti/ tanto ĩpẽdio & singu
lari præstantia: ut nulla structura mille annis ante
in ipso palatio eis ullo modo ualeat cõparari? O q̃
malum & inæquale commercium põtifex pauper
egisti. Pro thalamis auro ornatis humili iacere se
pulchro/ tãta onustum terra: ut uix illam quatuor
plaustra ferre potuissent. O papa certe inops q̃ ma
le nunc tractaris. Vbi nunc panni serico auroq; cõ
texti: qui lectum tuum splendidissime exornabãt?
ubi aulęa mirifica pictura ĩtexta/ pulchriq; tapetes?
Vbi uestes purpureæ? Vbi mitra pontificalis uariis
distincta gemmis? Vbi uasa auri argentiq; cęlata?
Vbi pecunia & thesaurus tuus? Vbi margaritæ &
lapides pretiosi? Vbi cõuiuia & epulę delicatę? Vbi
lõgus ordo seruorum? Vbi diuitię? Vbi honores?

Vbi potentia? Vbi gloria? Vbi illecebrę & uolupta tes? Ecce breuissimo tẽporis spatio omnes periere. Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras. O fallax mortalium uita: quæ tam læta iocundaq; uidetur. O q̃ celeriter breuis hora surripit: quod multis annis lõgoq; labore partum est. Hæc est su perbia. Hęc est hęreditas nostra/conuerti in pulue rem/uermes/& fetorem. Iccirco exclamans Petrar cha dicebat. Miser/qui spem in re mortali ponit. Nam quisquis fluxis rebus ille fidit: si tandem fal litur/æquum certe uidetur. O cæca mortalium cor da/ad quid tot uanę curę/tantiq; labores? Omnes in antiquum puluerem cõuertimur: nominisq; ue stri uix ulla extat memoria. Mille ex laboribus ue stris uix unus censetur utilis. Quin omnes sũt pu blicę uanitates. Qui studia uestra ĩtelligit/ille mihĩ referat. Omnes ad hunc finẽ uenire cogimur. Quẽ semel tantũ agere debemus. Quid nobis post mor tem superbia prodest? Quid auaritia? Quid luxu ria? Quid nobis conferunt diuitiæ honores/illecẽ brę? Omnes uelut umbra defluunt: anima uero mi sera tantis circũsepta erroribus/ æternas dabit poe nas/& acerba supplicia patietur. O cæca cupiditas/ fragilisq; uita mortalium. Quę multos sępe fallit. Nec aliud nisi ũbra & fumus ẽ; harũdine inanior. Et sine amaritudine nulla ꝑfecto extat dulcedo. Labitur occulte/fugitq; uolatilis ætas.

Petrarcha

F allax ſpes omnium quæ tantum mortalibus affert angorē. Ex hoc mundo quiſquis plus carpit / multo plus fallitur: nec tādem ex ipſo quicquam ſecū portat. Naſcimur in poena: uiuimus in labore. Exitus noſter ſummo fiet gemitu atq; dolore. Ad cælum igitur corda ſurſū tollite: Nec ſibi ſemper anima ſit inimica: quæ uiuat ī erroribus uiciiſq; paſcatur. His itaq; diligēter inſpectis / mundi illecebras fluxaſq; diuitias & uoluptates linquere ſtatui. Nō terrenis principibus / nō cardinalibus / nō ſummo pontifici / ſed Regi ſæculorum immortali / & inuiſibili deo ſeruire cōſtitui: cui ſeruire regnare eſt: quoniam ut ſanctiſſimus ſcribit Ambroſius. Nulla maior dignitas eſt q̃ ſeruire deo. Orate ſummam dei uirtutem atq; ſapientiam pro me peccatore: ut me perſeuerantē efficiat in ſuo ſanctiſſimo obſequio. Vale.

FINIS

Zacharias Lilius Vicentinus Canonicus regularis optimo patri suo Matthęo Bosso concanonico salutem in domino.

STatueram sane Reuerēde pater in fine operis cosmographiæ genera uentorum cōscribere. Sed gratia religionis impeditus / cum nouus adhuc essem miles in armis: haud equidem tantū ocii nancisci potui: ut ea describerē. Nūc uero a grauissimis auctoribus collecta paucis absolui: tibiq; dicaui. Vale.

DE GENERIBVS VENTORVM.

VENTorum discretas esse regiones & nomina maiores nostri prodidere. Nam ꝓuidentia ac dispositor ille mundi Deus aera uentis exercendū dedit / ne pigresceret / sed assidua uexatione utilem redderent: deinde ut imbres terris subministrarēt: nimiosq; cōpescerent. Quidā pauciores: alii uero plures esse uoluerunt: nec eisdem nominibus ab oībus nūcupati sunt. Verum ut Plinius auctor est / uentos quatuor per totidem mundi partes ueteres seruauere: ideo nec Homerū plures nominasse confirmat: Quos Seneca in Agamenone unico uersu elegantissime conclusit. Plinius Homerus Seneca

Rapiuntq; pelagus infimo euersum solo
Aduersus euro zephyrus & borec notus. Pręterea Ouidius ī primo de tristibus eosdem pulcherrime describit. Ouidius

N am modo purpureo uires capit eurus ab ortu.
Nunc zephyrus sero uespere missus adest.
N unc gelidus sicca boreas bacchatur ab arcto.
Nunc notus aduersa prelia fronte gerit. Item ĩ pri mo metamorphosios.
E urus ad auroram / nabatheaq; regna recessit
Persidaq; / & radiis iuga subdita matutinis.
Vesper & occiduo quæ littora sole repescunt
Proxima sunt zephyro. scythiam septéq; triones
Horrifer inuasit boreas. contraria tellus
Nubibus assiduis: pluuioq; madescit ab austro.

Vitruuius

S ecuta ætas uẽtos octo tradidit. Sũt ergo bini ĩ quatuor celi partibus: Ideo Vitruuius scribit turrim octogonã Athenis fuisse constructam: & singulis lateribus sculptam eius uenti imaginem. Ab oriente æqnoctiali Subsolanus positus ẽ. Ab occasu æquinoctiali Fauonius. A meridie Auster. A septentrionibus Septentrio. Inter Subsolanũ & Austrum / Eurus. Inter Austrum & Fauonium / Aphricus. Inter Fauonium & Septentrionem / Corus. Inter Septentrionem & Subsolanũ / Aquilo. Cæterũ / ut Plinius tradit / Subsolanus græce Apeliotes uocat̃. Eurus græce / latine Vulturnus. Auster Notus. Aphricus Liba. Fauonius Zephyrus. Corus Argestes. Septentrio Aperchias. Aquilo Boreas appellant̃. Hãc uentorum descriptionem tanquam ueram atque optimam mediterranei maris nautæ omnes seruant: & potissimum Veneti & Genuenses: qui cæteros nau

Plinius

ticæ artis excellunt ingenio.

His pleriq; interiecerunt Traciam media regione inter septentrionem & occasum. Itemq; Calciam media inter aquilonem & exortum æquinoctialem. Ab ortu solstitiali phenicam / media regione inter ortum brumalē & meridiem. Inter Liba & Notum / compositum ex utroq;: hoc est inter meridiem & hibernum occidentem Libanotum.

Isidorus autem libro. xii. ethimo. uētos. xii. scribit. Qui ab oriente uerno in occiduū tendit / Subsolanus dicit̄: qa sub ortu solis nascit̄. Hic duos collaterales ānectit: Eurum scilicet a sinistris: quē sic uocari dixit: ꝙ ab eoo spiret / idest ab oriente æstiuo. A dextris uero dicit esse Vulturnum: sic dictum / ꝙ alte tonet. Austrum a meridie flantē: sic uocari / ꝙ aquas hauriat: eumq; græce appellari Notū. A dextris eius esse Euroaustrū: qa īter Eurū sit & Austrū. Sic & q a sinistris sit / Libanotus: inde dictus ꝙ inter Notū sit & Liba. Zephyrū aūt ab occiduo flantē dicit: sic appellatū / ꝙ flores & gramina eius uiuificentur spiritu: atque eundem uocari Fauonium: ꝙ his faueat quæ nascunt̄: Cuius a dextera Aphricū seu Liba / a regione unde spirat denominatū. A leua uero Corū: eo ꝙ uentorū circulū claudat / & q̄si corū faciat: a nōnullis Argesten noīatū. Septentrionē inde asserit dictū: eo ꝙ a circulo septē stellarum consurgat. Cui ponit a dextra Circium: a uicinitate cori sic denoīatū. A sinistra uero Aquilonē: cuius Isidorus

nominis causam dicit: ꝙ aquas stringat / & nubes dissipet: eumq; dicit & Boreā nomīari: ꝙ ab hiper boreis montibus egredi uideatur.

Plinius V entorum frigidissimi sunt quos a septentrione dicunt spirare. Ii reliquos cõpescũt / & nubes abigũt. Humidi Auster / Aphricus: & præcipue Auster Italiæ Sicci Corus & Vulturnus / præter q̃ desinentes. Niuales Aquilo & Septentrio. Grãdines Septẽtrio importat & Corus. Aestuosus Auster. Tepidi Vulturnus & Fauonius. Iidem Subsolano sicciores. Et in totũ oẽs a Septẽtrione & occidente sicciores / q̃ a meridie & oriẽte. Saluberrimus āt oīum Aquilo. Noxius auster / & magis siccus: fortassis qa humidus frigidior est.

S ubsolanus qui & Apeliotes uentus orientalis calidus est & siccus. / sed temperate. Huic eiusdem fere cõplexionis sũt a dextris Vulturnus oīa desiccās: a sinistris uero Eurus nubes generans.

A uster qui & Notus australis est uentus naturaliter frigidus & siccus. Verum dum ꝑ torridā zonā ad nos transit / calorem assumit: & ab aquarũ multitudine sumit humiditatem: et sic mutata natura / ad nos uenit calidus & hũidus: et pluuias utplurimũ inducere consueuit. Huic eiusdem fere complexionis a dextris est Euroauster: qui tempestates ī mari generat. A sinistris Libanotus / quem dicũt calidũ esse & temperatum.

Z ephyrus qui & Fauonius uẽtus est occiduus / frigi

dus & humidus tempate tamen. Hiemem resoluit & germina floresq; pducit. A dextris eius est aphricus: qui tonitrua & fulmina generat. A sinistris corus: q in oriente nubilosū aerem facit: in occiduo uero serenum.

Septentrio q & Aperchias uentus est / a plaga in qua orit̄ nuncupatus. Hic aerem serenum facit: & quas exciuerat Auster pestes repellit & purgat. Est āt frigidus & siccus. A dextris eius ē Circius: qui niues grandinesq; pducit. A sinistris Aquilo seu Boreas qui nubes dissipat / & aquas gelu ligat.

Aristoteles libro. ii. metaurorum aliis quidem nominibus. xii. uentos tradidit per totidē mundi regiones. Nam Zephirus flat ab occidēte æquinoctiali. Apeliotes ab oriēte ęquinoctiali. Boreas q & Aperchias a septentrione. Auster a meridie. Cæcias ab oriente æstiuo: cui cōtrarius Libs ab occidente hiemali. Eurus ab oriēte hiemali. Argestes ab occidente æstiuo. Messes medius īter Cæciam & Aperchiā. Trascias medius est īter Argestem & Aperchiam. Fenicias inter Eurum et Austrum. Ithagenes inter Libs et Austrum.

Seneca libro. iiii. naturalium quęstionū. xii. uētos describit his ferme nominibus quibus Aristoteles.

Sunt etiā quidā peculiares quibusq; gentibus uenti: ut libro secūdo Plinius auctor est: nō ultra certum pcedētes tractū. Vt Atheniensibus Scyron: reliquę gręciæ ignotus: Idem Olympias uocatur. In narbo


nensi prouincia clarissimus uẽtorum est Circius: in reliquis partibus cęli ignotus: nec Viennã quidem eiusdẽ ꝓuinciæ urbem attingit. Acabulus apuliam infestat: Calabriam Iapix: Pamphiliam Chagreus. Exortus uergiliarum sex diebus ante idus maias. Huic uento ardẽtissimo æstatis tempore exorit̃ caniculæ sidus. vi. idus iulii: & protẽdit̃ usq; ad. xvi. diem ante kal. septembris. Huius exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt: quos prodromos appellant. Post canis ortum perflant Ectesiæ.

Item eodem libro uẽtorũ causam scribit. Nam montium flexus crebriq; uertices ex complexu subito aut confracta iuga concaui uallium sinus scindẽte inęqualitate & resultante in aera sine fine uẽtos generant. Quidam & specus dicunt ore uasto / præcipite hiatu uentos generare.


Albertus magnus ĩ summa philosophiæ / Ventus inquit fit ex uapore crasso / terrestri: materiali causa. Efficiente aũt a calore Solis hunc uaporem eleuante & cõsumente. Cuius rei signum est: ꝙ uenti fortius perflant ĩ auctũno: quia eo tẽpore Sol elementa combussit / & exsiccauit.

FINIS.

FIGVRA OCTO VENTORVM



FIGVRA DVODECIM VENTORVM



Zacharias Lilius Vicentinus Canonicus Regularis Clarissimo Diuini Verbi Oratori. D. Gabrieli Vicentino Concanonico Salutem in Domino



VM FREQVENTER IMPERItum Vulgus lyricis personare modis audiissem historiã Caroli, eiusq; nepotis Rolandi uiri fortissimi: multaq; in ea fortia & mirãda facta legãtur: quæ omnino impossibilia fuisse uidentur: operepretium duxi eã contexere historiã, uera conscribens, falsa reiiciens. Historia siquidem auctore Cicerone, res ueras continet. Lex. n. hæc datur scribẽti, ne quid falsi dicat: ne quid ueri taceat. Perlectis itaq; quibusdam uoluminibus patrio sermone conscriptis, eam latinam feci: tuoq; nomini dedicaui. Quã si abs re probari ĩtellexero: tẽtabo pro mea uirili altiora petere: ac missis liberalibus artibus, sedulo enitar diuinarũ rerũ studia cõsectari. Vale.

Caroli Magni Viri Illustris per Zachariam Lilium Vicentinum Canonicum Regularem Vita Foeliciter incipit



Arolus Francorum Rex, cui ob magnitudinem rerũ gestarũ Magno cognomẽ fuit: patrem habuisse fertur Pipinum regẽ, belli pacisq; artibus illustrẽ. Mater ei Bertha fuit, Heradii Constantinopolitani imperatoris filia. Pipino filii

duo ſucceſſerũt: Carolus & Carolomanus regno inter ſe ęque partito. Sed non multo poſt Carolo mano defuncto/Carolus ſolus regnũ obtinuit.

L ectorem hoc loco admonendum puto: hiſtoriam Caroli/ Triſtani/ Lanciloti/ aliorumq; militũ erran tium/ itemq; Rolandi/ & Rainaldi/ ac cęterorum/ quos uulgus palatinos uocat: non adeo uerã exti tiſſe: quin in ea multa fabuloſe fingantur. Nam in gentes illæ & inauditæ uires/ fatalesq; diſpoſitio nes/ uanæ ſũt & fabuloſę: ab ingeniis rudibus fic tæ: & in rithimo decantatæ/ ut uulgares homines his paſcant fabulis: & ab iis uitæ emolumenta per cipiant.

C æterum Carolus magnus ob ſingularẽ eius uirtu tem Romanorum imperator electus uiros ea tem peſtate ſtrenuos ac re bellica præſtãtes ex omibus chriſtianis delegit. Et quoniam in palatio ſuo ipſi degebant: eam ob rem palatini a uulgo appellati ſunt.

Inter cæteros autem/ ut ſcribit Singibertus Galli cus: fuerunt Milo Anglerius: eiusq; fortiſſimus fi lius Rolandus. Rainaldus de albaniſpa. Ogerius dux Daciæ. Oliuerius dux Gebennæ. Eſtutus de Anglia. Hamon de bauaria. Turpinus remẽſis. Ga nelon de Maguntia. Araſtanus dux Britanniæ. En glerius dux Aquitaniæ. Gaiferus dux Burdelialen ſis. Gondebodus Rex frigiæ. Naamon dux baua riæ. Lambertus dux Bituriæ. Sanſon dux Burgun

Milo
Rolandus
Rainalduſ
Oliuerius
Eſtutus
Hamon
Turpinus
Ganelon
Araſtanus
Englerius
Gaiferus
Naamon
Lãbertus
Sanſon

dię. Ginellinus dux lothoringię. Anſelmus & Egibardus rei bellicæ gloria inſignes. Ginellinus Anſelmus Egibardus

Per hos duces & proceres Carolus imperator uarios adiuit populos: urbes innumeras expugnauit: Hiſpaniam uictor penetrauit. Primum itaq; Aquitanos bello domuit. Poſt in Italiam conceſſit: ubi in agro Vercellenſi Deſiderium Longobardorum regem Hadriano pontifici ac Romanæ eccleſiæ infeſtum magna uirtute ſuperauit. Romam profectus incredibili honore ab Hadriano ſuſcipitᷣ. Poſt paucos dies ad obſidionem Ticinii reuertitur. Nam ibi copias ad obſidendum Regem Deſiderium reliquerat: quem ſexto menſe una cum uxore ac liberis cepit. Eum tradunt ultimum Longobardorum Regum in italia regnaſſe. Nam poſt ſedem romani imperii Bizantium tranſlatam / Gothi primi barbarorum: deinde Hũni / Vandali / Heruli / poſtremo Longobardi Italiam inuaſere. Quę gẽtes italiã inuaſere

Eam gẽtem fama eſt / ab oceano germaniæq; ultimis oris nouas quęrentem ſedes: tandem intra Pannonias conſtitiſſe. Inde Albuinus eorum Rex ab Narſete eunucho accerſitus ingentibus peditum equitumq; copiis in Italiam uenit: breuiq; Vicentiam / Veronam / Mediolanum / ac omnis pene citerioris Galliæ urbes ad deditionem compulit.

Itaq; quarto & ducenteſimo anno Longobardorum gens in italia regnauit uſq; ad Deſiderium qui ultimus in italia fuit.

C arolus confecto longobardorum bello ĩ Galliam rediit: Saxones apud Hesam fluuium/ quibus cum tres & triginta annos bellũ gesserat: tandem uictos ditioni suæ parere coegit. In hispanias exercitum traduxit. Augustã & Pampiloniã opulentissimas totius Hispaniæ urbes ui captas prædæ militibus dedit: ac tota pene hispania in Caroli potestatem deuenit. Florium Nauariæ principem debellauit. Ferracutum gigantem/ turcum ferocissimum superauit: qui mediterraneo mari per id tempus in Hispaniã uenerat: & a quo singulari certamine omẽs memorati duces superati captiq; fuere: præter Rolandum: a quo tandem interfectus est. Nageria ciuitas capta: proceresq; in ea uincti recepti. Cum rebus foeliciter gestis Carolus ĩ Galliam rediret: prope Pyrenei iuga insidiis Vasconũ qui in occultioribus locis insederãt/ insignem cladem accepit. Cecidere ĩ ea pugna Anselmus et Egibardus summi rei bellicæ duces. Tradunt etiam Rolandum Caroli ex sorore nepotem/ præstãtem fortitudine uirum/ post ingentem hostium cædem eo prelio interiisse. Hic est Rolandus/ quem ea tẽpestate corporis robore & animi magnitudine longe cæteris præstitisse ferũt: cuius fortia facta per uniuersum orbem clara celebrantur. Nec tamen Vasconibus diutina letitia fuit: quippe paulo post a Carolo domiti meritas perfidię suæ poenas dedere. Britones quoq; qui per id tẽpus Caroli uirtutẽ neglexerãt:

Saxones

Florius

Ferracutus

Mors Rolandi

bello ſupati ĩ francorũ poteſtatẽ uenere. Beneuen tanos ĩ italia Romanę eccleſię ditioni ſubegit. Ta xilonem bauariæ ducẽ prȩlio fudit. Velatabos ac Nortomanos ad deditionẽ cõpulit. Hũnorũ gen tem tãdem octauo ãno poſtq̃ bellum ĩcoeperat/in pannonia ſuperauit. Hũni quõdã Scythia europæ ſuper meotida paludem incoluere: qui poſtea mu tatis ſedibus/ ingenti multitudine profecti in pan noniam deuenere: eamq; ſibi prouinciam ĩ domi cilium elegere. Quibus geſtis Carolus ĩ italiam co pias traduxit. Leonem pontificẽ a Romanis urbe expulſum: noxiis ſupplicio affectis/ ingẽti gloria in urbem reſtituit: a quo exẽplo pro ſingulari ſua erga Romanam eccleſiam fide atq; uirtute Augu ſtus appellatus imperatoriũ nomen dignitatemq; ſuſcepit. Quæ imperii dignitas trecentis ante & tri ginta annis fuerat amiſſa/ & nimia uetuſtate oblite rata. Tot enĩ ab Auguſtulo bello a barbaris ſupera to ad Carolum Magnũ fuere. Is ampliſſima digni tate ſuſcepta/cum ĩ galliam rediret/in hetruria Flo rẽtiam urbem a Gothis maxima ex parte deletam in priſtinum ſtatũ reſtituit: ac nobiles Florentinos per oppida uicina diffuſos in ciuitatẽ reduxit: quã nouis moenibus cinxit ac templis ornauit. Hiero ſolymam ſanctiſſimum locum ubi oĩum gentium ſalus orta eſt/graui barbarorum dominatu oppreſ ſam/Carolus Cõſtãtini Imperatoris precibus euoca tus/chriſtianis reſtituit/ pfligatis barbaris omniq;

Leo pontifex

Florentia

Gothi

Hieroſolyma

prouincia pulsis. His itaq; rebus egregie gestis per septem & quadragita annos quibus regnauit: magnam sibi famam & gloriam per uniuersum orbē Carolus comparauit.

F uit autē statura ꝓcera: lato pectore: magnis oculis naso paulo eminētiore: forma deniq; & pulchritudine oris eximia. Is eloquentia/copiaq; dicendi/& bonarum artium disciplina clarus: post multa bello ac pace/terra mariq; gesta: febre simul & senectute confectus uita excessit anno ętatis suę septuagesimo secundo: & christianę salutis quintodecimo supra octingentesimum.

F I N I S

FLORENTIAE
IMPRESSVM
Per Ser Franciscū Bonaccursium
Impensa uero & sumptibus Ser
Petri Pacini de Piscia. Anno Salutis
M. CCCC. LXXXXVI
Septimo idus Aprilis



REGISTRVM
Totius Operis

¶ Emendata post impressionẽ

A.ii.facie.i. litteraru minitiũ lege litterarum initium
B.v.fa.i. atq; ipse uarũ. lege atq; ipse uarium
B.v.fa.ii. ꝓ rostris orationẽ. lege pro rostris oratione
B.vii. fa.i. tali simitudine lege tali similitudine.
B.vii.fa.i.de pihermemiis.lege de pihermeniis.
B.viii.fa.ii. diis gentiũ. lege diis genitum.
C.iii. fa.i. per quã discussus lege ꝑquã discussis.
H.iii.fa.ii.uaria mõstra ferarũ lege uariarũ mõstra.


PISCIA


PISCIA


PISCIA

